
A 6


LIBRARY OF THE SURGEON GENERAL'S OFFICE
WAR DEPARTMENT



REGIMEN SA-

NITATIS CVM EXPOSITIONE MAGI-
STRI ARNALDI DE VILLA NO-
VA CATHELLANO NOVI-
TER IMPRESSVS.

INCIPIT REGIMEN SANITATIS SALERNITAnum excellentissimum pro conseruatione sanitatis totius humani generis perutilissimum: necnõ a magistro Arnaldo de Villa noua Cathellano omnium medicorũ uiuentiũ gẽma utiliter: ac ſm omnium antiquorum medicorum doctrinam ueraciter expositũ: nouiter correctum ac emendatum p egregissimos ac medicinę artis peritissimos doctores Montispessulani regentes. Anno. M.ccccl.xxx. predicto loco actu moram trahentes.

¶ Iste libellus est editus a doctoribus Salerniensibus in quo inscribunt multa & diuersa p conseruatione sanitatis humanę. Et edit⁹ est iste liber ad usum Regis Anglię. Et in textu lecto auctor põit octo documẽta gñalia p conseruatione sanitatis: de qbus postea spãliter p ordinẽ determinabit.

ANglorum regi scripsit schola tota salerni
Si uis icolumẽ: si uis te reddere sanũ
Curas tolle graues irasci crede pphanũ
Parce mero cenato parũ: nõ sit tibi uanũ
Surgere post epulas: somnũ fuge meridianum
Non mictũ retine: nec comprime fortiter anũ.
Hæc bene si serues: tu longo tẽpore uiues.

Primũ ergo documentũ est q hõ: sanus uolẽs uiuere: debet ab eo remouere graues curas. Nã curę exsiccant corpa: ex quo tristificant spũs uitales: mõ spũs tristes exsiccãt ossa. Et sub isto documento etiã cõprehendi debẽt tristicię q similiter corpa exsiccãt & infrigidãt maciẽ & extenuationẽ inducũt: cor strigũt: & spũm obtenebrant: ingenium ebetãt: & rõnẽ impediũt: iudiciũ obscurant: & memoriã obtundũt. Verum tñ aliq pingues & carnosi sunt spũs adeo nobiles & callidos hñtes q eis interdũ bonũ est tristari: ut spiritus calor ebetet: & corpus aliqliter maceret. Secũdũ documẽtũ est nõ irasci. Primo qa ira similiter corpa exsiccant: cũ ipsa summę singula mẽbra supcalefaciat. Nimia autẽ calefactio siccitatẽ inducit: teste Auic. i. doc. iii. c. i. Secũdo qa ira pp feruorem cordis oẽs actus rõnis cõfundit. Aduertẽdũ tñ est q qdã frigidi sunt & maleficiati: qbus interdũ irasci pdest in regimine sanitatis: ut in eis calor excitet. Tertiũ est parce uti potu uini: nimia. n. repletio uini somnolẽtiam

pigritiā debilitatē mēbrorꝫ: debilitatē stomachi: & multa alia his similia inducit: de qbus posterius magis patebit. Quartū est parꝫ cenare: qꝛ nimia nocturna repletio dolorē in uentre inducit: ac ingetudinē insomnei tatē & angustiā ꝑut manifesta patet expiētiā: & īferius magis declarabit. Quintū est surgere post cibū sumptū: qđ facit ad digestionē: ꝓpterea ꝙ cibū sumptū facit descēdere ad fundū stomachi in quo uiget uirtus digestiua. Sextū est nō dormire post prandiū: cuius documēta postea tāgunt in textu ibi. Febris pigrities. Septimū est nō diu retinere urinā. Ex nimia .n. urinę retentione aliqñ sequit difficultas mingēdi: aut oīno ꝓhibitio a mictu: ut testat Auic. xix. in trac. ii. c. de difficultate urinę. Similiter ex nimia retentiōe fecali plura ꝑuenīūt nocumēta. Indurant. n. feces in intestinis pp cōtinuā suctionē uenarꝫ miseraicarꝫ cū intestinis cōtinuatarum oēm humiditatē a fecibus sugentiū: & sic remanēt sicce. Difficilis exitus intestina oppilans: ad quā oppilationē pp uentositatē: eductionis prohibitionē & aliarꝫ secum acetuationē sequunt nocumēta in textu posterius posita: ibi Spasmus &c. Octauū est non fortiter cōprimere anum: ex hoc enim sequitur tenasmon siue exitus longaonis. Vlterius subdit autor qđ omnia ista debite conseruans longo tempore sanus uiuere poterit.

Si tibi deficiant medici: medici tibi fiant.
Hęc tria: mens leta: requies: moderata dieta.

¶ Autor in hoc passu tāgit tria remedia generalia ꝓ cōseruatiōe sanitatis naturę humane: & ꝑcipue ipsorꝫ nobiliū. Primū est ꝙ animus hoīs debet esse letus & gaudens: cū leticia siue gaudiū ętatē floridā facit hoīem in iuuētute cōseruat: uirtutē cōfortat: uitā ꝓlongat: ingeniū acuit. & ad singulos actus hoīem abiliorē reddit. Et debet illud gaudiū in regimine sanitatis cōueniēs esse tēpatū & nō excessiuū: qꝛ excessiuū sincopim & mortē inducit: & maxime gaudiū cōpetit his q multū curāt & sollicitudinibus destruunt. Et pōt in ipsis de nouo acqri p usum cibi & uini delectabiliū & dimissiōe eorꝫ q̄ tristitiā inducūt: & inhabitare cū sibi dilectis & similibus qbus uirtus cōfortat. teste. Auic. xi. in. c. de casu uirtutis subito sic dicēte. Et scias ꝙ uirtus augmentat cibo & uino subtili cōueniētibus & odoribus bonis: ex tranquilitate & gaudio & dimissione eorꝫ q̄ cōtristant & rixari faciūt: & renouatione rerꝫ amabiliū: & habitatiōe cū dilectis. Secūdū est trāqlitas animi. Nobiles. n. pp nimis magnas & diuersas curas q̄s hñt plꝰ ledunt ceteris paribus q̄ q mediocres sunt. Ingetatio uero mētis somnū maxie impedit q nobilibꝰ sūme utilis est: q cōiter naturę siccę sūt: atqꝫ colericę:

qbus p maxie somnus est utilis. Tertiũ est moderata dieta.i.moderata sũptio cibi & pot⁹. Nocumẽta uero supflui cibi & potus postea dicem⁹.

Lumina mane manus surgens gelida lauet aqua.
Hac illac modicũ pagat:modicũq; sua mẽbra
Extendat:crines pectat:dentes fricet:ista:
Confortant cerebrũ:confortant cetera membra
Lore:cale:sta:pranse:uel frigesce minute.

¶ In hoc textu autor ponit. vi. documẽta qbus cerebrum cõfortatur:& similiter singula corporis mẽbra. Primũ est: postq̃ hõ de mane surrexerit debet lauare oculos in aqua frigida: mundari enim debent ut ab eis remoueantur ĩmundicie palpebris adherentes:& circa oculos existentes. ne ab ipsis oculi corrodantur. Et istud satis innuit Auic. in trac. ca. de rememoratione conseruationis sanitatis oculi:& rememoratione eorum quę nocent ipsi:ut dicit. Ex eis autem quę abstergunt oculum & acuũt ipsum est submergi in aqua clara & aperire oculum in ea. Et idem uult trac. iiii. c. de cura debilitatis uisus dicens. Et ingredi aquam claram uiridem & submergi in ea & apire ambos oculos in ea ſm quantitatem qua possibile est. Est ex eis que seruant sanitatem oculi & confortant ipsum & ꝓprie in iuuentute: Causa ãt quare oculi magis debent lauari in aqua frigida quã calida est: quia unũquodq; conseruat suo simili: ut dicit Auic. in. i. c. Et iõ uult Gal. ĩ ter. canone illo. Calidiora calidioribus indigẽt adiutoriis. frigidiora frigidioribus: sed sic est. si oculi sunt frigidę naturę: ergo potius debent lauari aqua frigida q̃ calida. Secundum est ꝙ homo debet lauare manus: quia sunt instrumenta quibus mundantur organa per que exeunt superfluitates cerebri: ut sunt aures: oculi: nares. Et ergo ob hoc manus debent eẽ munde. Plus tamen debent lauari in aqua frigida q̃ in calida: quia lotio manuum in aqua calida genera uermes in uentre:& hoc specialiter dũmodo manus in aqua calida lauantur post sumptionem cibi: ut innuit Auic. xvi. in trac. v. c. i. ubi agit de uerminibus in uentre genitis. Et ratio est: quia per lotionem manuum in aqua calida post sumptionem cibi trahitur calor naturalis quo completur digestio ĩ stomacho ad extra: quare imperfecta fit digestio: quæ potissima causa est uermium. Tertiũ est quod postq̃ homo surrexerit a somno debet paulatim incedere siue se mouere. Cuius causa est ut superfluitates primę & secundę digestionum quæ sunt feces & urina descendant & preparentur facilio ri euacuationi. Quartũ est quod postq̃ homo surrexerit a somno

debet extēdere manus & pedes & alia membra. Cuius causa est: ut trahantur uitales spūs ad mēbra exteriora: & p hoc subtiliantur spiritus cerebri. Quintū est ꝙ debet crines pectere. Cuius causa est: ut aperiantur pori per hoc capitis & exeant uapores cerebri derelicti post somnum & subtilient eius spiritus. Vnde usus pectinis multum confert uisui & maxime sensibus prodest. Vnde dicit Auic. iii. in. trac. iiii. c. de cura debilitatis uisus: Administratio pectinis super caput iuuatiua est & confert ꝓprie sensibus. quare oportet ꝙ ministretur omni die multotiens: quoniam attrahit uapores ad supiora & mouet eos a parte oculi. Sexum est ꝙ hō debet mūdare & fricare dētes. Cuius cā est: qa imūdicies dētiū est cā fetoris anhelitus: similiter a dētibus imūdis spūs imūdi eleuanť ad cerebrū ipsum ꝑturbātes. Præterea cōmixtio limositatis dentiū cū ipso cibo ad stomachū missa est cā corruptionis cibi in stomacho. Modū aūt conseruandi sanitatē dentiū & bonitatē odoris eoꝝ tangit. Auic. vii. in. c. de cōseruatiōe dētiū sub his uerbis. Et ex eo q̄ cōseruant sanitatē dētiū est ut colluať os ī mēse bis cū uino in quo decocta est radix titimalli. Est. n. pue niēs ad ultimū ī faciēdo bonū odorē: & nō aduenit faciēti illud dolor dētiū. Vlterius autor ī ultimo uersu subdit aliq̄ ꝓcepta gñalia. Primū est ꝙ hō lotus stupha uel balneo debet se tenere calidū: qa tūc pori sūt apti: & sic de facili frigus posset subintrare: & magna nocumēta corpi inferre. Aliud est ꝙ postq̄ hō sūpserit cibū debet modicū stare: ut cib⁹ pfecte descēdat ad fundū stomachi ī quo cōpleť digestio: deīde lente ābulet & nō fortiter: ne ꝑꝑ motū fortē calor trahať ad ptes exteriores: & p hoc impediať cibi digestio. Aliud est ꝙ hō frigid⁹ debet cauere ne subito se calefaciat: sed paulatim. Mutatiōes. n. subite naturā ledūt. Oīa. n. extra naturā molesta sunt: ut dicit Gal. in cōmēto illius canonis ſm multū & repente.

Sit breuis aut nullus tibi somnus meridianus
Febris: pigricies: capitis: dolor atq̨ catarrus
Hæc tibi proueniunt ex somno meridiano.

¶ In hoc textu tāgit autor quattuor nocumenta quæ ꝓueniūt ex sōno facto post prandiū. Quoꝝ primum est ꝙ ex somno meridiano solet seq febris qđ aliq putant uerificari de febre ꝓueniēte ex oppillatiōe cām isti⁹ febris reddētes: qa tpe diei calor & spūs mouēť ad exteriora: & sic uirtus digestiua ī die est debilis. Digestio. n. pfecta est qñ calor & spūs ad īteriora moueť: ꝑꝑ quoꝝ motū calor naturalis īcēdiť. Et sic tp̄s noctis ē tp̄s ꝑfectionis digestiōis. Indigestio. n. & cruditas

humorꝝ est cā oppillatiōis: q̄ oppilatio est cā febris: ſm Aui. in. iiii. ī pluribꝰ passibus. Secūdū nocumētū est pigricies: q̄ ex eadē cā uidetᷣ oriri. Ex materia. n. idigesta & grossa: grossi eleuātᷣ spūs: q moti ad mēbra corpis grauedinē corpi: inducunt: quēadmodum spūs subtiles & leues leuitatē animi & corpis inducūt. Tertiū est dolor capitis: q etiā ex eadē cā puenire uidetᷣ. Ex cibo. n. indigesto in stomacho eleuantᷣ grossi spūs cerebrum ꝑturbātes: q spūs sunt cā discolorati ōis ēt faciei qñ ad cutē mouentᷣ: quia ubi est materia grossa. necesse est qcqd ex tali materia dissoluitᷣ esse grossum: ut innuit Gal. in cōmēto illius amphorismi. Et q crescunt sic inquiens. Quicqd. n. de qualibet re dissoluitᷣ: ei uñ dissoluitᷣ necesse est ut assimiletᷣ. Quartū nocumentū est catarrus: q similiter ex eadē cā uᷣ oriri. s. ex reumate. Reuma. n. dicitᷣ oīs fluxus materię de mēbro ad mēbrum in quacūq; parte corpis fuerit. sed ſm q̄ ad diuersas ꝑtes corporis fluit: diuersa sortitᷣ noīa. Qñ. n. mouetᷣ ad pectꝰ siue ad mēbra spūalia uidelicet ad pulmonē: dᷣ catarrus. Sed qñ fluit ad fauces siue ad colatoriū palati. dicitᷣ brancus. Et qñ fluit ad nares dᷣ coriza: ut habetᷣ in illis uersibus.

Si fluat ad pectus dicatur reuma catarrus.
Ad fauces brancus: ad nares dico corizam.

¶ Præter tñ predictorū nocumētorꝝ cās narratas alię pñt assignari magis efficaces.

Causa nanq; primi nocumenti. s. febris q̄ aliqñ est effimera: aliqñ putrida. est febris qdē effimere retētio fuliginū in somno diurno: quarū resolutionē uigilia facere cōsueuerat. qbus acetuatis & spiritibus admixtis ī eis accēditᷣ calor extraneus causans febrē effimerā. Febris uero putride putrefactio humiditatū multiplicatarꝝ ex sōno diurno ad cor effumātiū. Secūdū uero nocumentū. s. pigritia cōtingit pp humiditates per somnū diurnū retentas circa musculos cordas & iuncturas: qbus torpescunt & tarde reduntᷣ ad solitos motus. Tertiū uero nocumentū ex simili cā oritᷣ. s. ex humiditatibꝰ & uaporibus p somnū meridianū retētis: q moti uersus caput & cerebrū dolorē ingerūt. Quartū uero nocumentū uidelicet catarrus: quo uniuersaīr oē reuma significatᷣ cōtingit ppea qa uapores & fumi q undiq; p cutē hora uigiliarꝝ resolui solēt ī somno diurno ad caput tēdūt: ubi inspissati recidūt interius reumatizātes. Auic. aūt. in. i. c. fen. iii. do. ii. c. ix. alia supaddit nocumēta somni diurni quorꝝ primum est generare ęgritudines humidas. ut guttas & paralises ex retentiōibus humiditatū q̄ de die magis resolui solēt. Secundū est corruptio coloris faciei pp humiditates aquosas urinę similes ī sanguine multiplicatas ex somno

diurno [illegible] solitas tẽpore uigiliaꝝ: q̃ ad faciei cutẽ cũ sanguĩe expulse reddũt eã tumidã & declinantẽ ac citrinitatẽ. Tertiũ est gñatio splenis.i. splenetice passiõis in dispositis ad eã. Cuius cã est retẽtio humoris grossi melancolici in splene ex somno diurno. sicut.n. iuuant uigiliȩ motũ & liberum trãsitũ huius grossi humoris p cãnales strictos cũ calore diei uias apiente, sic somnus ĩpedit maxime diurnus, cũ tunc instet hora ẜm pluri mũ transitus melancoliȩ p cãnales suos, & maxime p illũ cãnalẽ: qa splen transit ad orificiũ stomachi grã ꝓuocationis appetitus per quem splenis supfluitas emundari solet. Non.n. conuenit ut de nocte ꝓuocet se de die potius appetitũ cibi. Quartũ est relaxatio neruoꝝ seu remolitio eorum. Cuius cã est ꝓhibitio resolutiõis humiditatũ quã facere solẽt uigiliȩ diurnȩ q̃ interius retente neruos imbibũt. Quintũ est debilitatio appetitus. Cuius cã est ꝓhibitio resolutionis q̃ est prima cã famis: alia cã est repletio stomachi ex fumis uaporibus & humiditatibus remollientibus & saturãtibus orificiũ stomachi. Sextũ est generatio apostematũ. Cuius cã est: qa supfluitates p somnũ diurnũ multiplicate colligunť sępe in aliquo membroꝝ: & ipm intumescere faciũt. Et ulterius di. Aui. ꝙ due de potiorib⁹ causis pp quas nocet somnus diurnus sunt, pría qdẽ: qa cito ĩterrũpiť. ꝓpterea ꝙ calor diei trahit uersus exteriora calorẽ corpis. & ecõtra sõnus ad interiora. Vñ motus ꝓuenit agitatiuus. & iõ cõsuliť tũc dormire uolẽtibus qđ in umbra dormiãt: & ĩ tenebroso loco. ẜa uero ppea qđ reddit naturã stupidã & q̃si pterritã retrahẽtẽ se ab eo in quo erat. s. a digestione cibi. Aduertẽdũ tñ est qđ licet sõnus diurnus gñaliter uitupeť & nocturnus cõmẽdeť. ex diurno tñ ille minus uitupať: qa mane ẽ usq; ad tertiã. s. ab ortu solis usq; ad tertiã post ipm. Iuxta illud hypocratis ꝓnosticoꝝ ẜa dicẽtis. Sõnus ut moris est conueniẽs & naturalis ut noctẽ nõ effugiat & diẽ nõ impediat est laudabilis. cõtrarius uero est ĩprobandus: minus tñ si a mane usq; ad tertiã tenuerit. Quãq̃ tñ somnus diurnus & meridianus intãtũ a primis medicinȩ inuentoribus detesteť. moderno tamẽ tẽpore non oĩs somnus diurnus est uituperandus: & ꝓprie si in eo qnq; cõditiones obseruanť. ut uult Bartrucius. Prima est ut sit cõsuetus: secũda ut nõ sit illico supra cibũ: tertia ut nõ sit capite depresso: quarta ut nõ sit lõgus: qnta ut nõ fiat ab eo subito stupida & repẽtina expgefactio: sed morosa.

Quattuor ex uento ueniunt in uentre retento:
Spasmus: idrops: colica: uertigo q̃ttuor ista.

¶ In hoc textu autor ponit quattuor nocumenta proueniẽtia ex retẽtiõe uẽtositatis in corpe nostro quoꝝ primũ est spasmus cuius causa est

qa uentositas retēta sępe capit raptū ad iuncturas: & neruos ipsos replēs ex quorum repletione sequitur ipsoꝝ contractio que uocatur spasmus. Et ab Aui.ii.in.ca.de spasmo: spasmus sic diffinitur. Spasmus est ęgritudo neruosa: qua mouentur lacerti ad principia sua & inobedientes sunt in dilatiōe eorū: Et iste spasmus est duplex. Nā quidā est ex repletione in quo mēbrū abbreuiaꝶ & ingrossaꝶ pp rē implentē: sicut coriū aut corrigia cū est res iplēs abbreuiaꝶ & ingrossaꝶ. & iste spasmus fit subito: Alius est ex inanitiōe in quo cōtrahiꝶ lōgitudo & latitudo & minoraꝶ mēbrum ꝭm lōgū & latū: sicut in pgameno: cū apponiꝶ igni fit cōtractio ꝭm lōgū & latū: & iste spasmus fit paulatim. Secūdū nocumentū est ydropisis: q̄ est morbus materialis causatus ex re frigida plurima igrediēte & inflāte mēbra aut loca partiū: i qbus regimē. i. digestio ciboꝝ fit & humorū: ut dicit Batrucius. Ydropisis. n. non generaꝶ nisi cū sanguis nō generaꝶ: ut dicit Gal. vi. pticula amphorismoꝝ in cōmento illius. Emoroides sanāt antiqs. Et ē triplex ydropisis. s. ypozacha: asclites: & tīpanite: & de tīpanite intelligiꝶ istud: ꝭm nocumētū. Timpāite. n. ut dicit Bartrucius fit a mala cōplexione frigida stomachi & epatis ꝓhibēte cibū trāsmutare in chilū & humorē benignū aut sanguineū: q̄re cōuertiꝶ in rē uētosam q̄ dū nō expelliꝶ p eructuationē aut aliūde oppilatiōe uiaꝝ ꝓhibēte uel uirtute expulsiua: uel sequestratiua: seu supfluitatū debili existēte colligiꝶ iter ciphac & mirach uētris & causat ydropisim. Tertiū nocumētū est colica q̄ est ęgritudo multū dolorosa: facta in intestino dicto colon: qđ est unū de intestinis grossis: quēadmodū yliaca est ęgritudo dolorosa facta in intestino gracili dicto ylion: & fiūt iste ęgritudines sępe ex uētositate iclusa in dictis itestinis. Quartū nocumentū est uertigo & est ęgritudo cū qua uꝶ hoi ꝙ oia uoluanꝶ i girū. Cuius ęgritudinis cā ē uētositas ad cerebrū mota q̄ pp eius in cerebro motionē uertiginē facit. Et ista quattuor nocumenta cū qbusdā aliis pulchre cōmemorat. Auic. xviii. in. c. de rebus q̄ nocēt colicis dicēs. Et scias ꝙ retētio uētositatis multotiēs facit accidere colicā: ppterea qđ subleuat eā & reprimit ipsam: ita ut aggregeꝶ res una & qđ facit accidere debilitatē in intestinis. Et qnꝗ perducit illud ad ydropisim. Et quādoꝗ generat tenebrositatē & uisus uertiginē & epilensiam. Et quandoꝗ retinetur in iunctura: & facit accidere spasmum.

Ex magna cena. stomacho fit maxima pena
Vt sit nocte leuis. sit tibi cena breuis.

¶ In hoc textu autor ponit unū documētū p cōseruatione sanitatis dicens: qđ homo in cena debet eē sobrius & se nō multū cibo replere: qa nimia repletio nocturna iducit impedimētū somni: tortionē uētris: ingetudinē

corpis pustulas in facie: grauitatē capitis mane. & malitiā oris. Dubiū iam incidit utrū maior q̄titas cibi sit sumēda in prādio q̄ in cena. Pro cuius decisiōe aduertēdū est qđ s̄m diuersitatē corpoꝝ: maior aut minor q̄titas cibi sumēda est in prādio q̄ in cena: qa corpa aut sunt in morbum decidētia: aut sub latitudine sanitatis. Si in morbū deciderint: aut cū humoris uitio aut sine humoris uitio. Si sine humoris uitio: sic est magis cenādū. Cuius rō est: qa natura in talibus solū est ciboꝝ digestioni intēta: nō āt supfluitatū maturationi: carēt. n. eis qđ si cū humoris uitio patiāt cōuenientius ē prādio maiore. unī Auic. i. iii. in trac. y. c. de cura epilēsie. Ille cuius cōsuetudo nō tolerat ut semel reficiaꝛ: diuidat cibū suū q ē minor refectione sua in tribus ptibus: & sumat duas tertias in prādio & tertiā in cena post exercitiū subtile rōne sic psuadeꝛ: qm̄ illo tpe p quo natura debilis iuuaꝛ in digestione calore solari uiuifico: & resoluunꝛ amplius supfluitates amplior sumēdus est: hoc āt magis fit in prādio q̄ in cena: ergo &c. Præterea in die calor uitalis adest solaris & locis digestiuus cū sit uitę prīcipiū: q̄re ad digestionē diurnalē: tūc duplex operabiꝛ calidū: nocte uero nō. Et etiā nocte natura magis est circa superfluoꝝ digestionē in talibus intēta: nō est ergo impediēda multa ciboꝝ exhibitiōe. q̄uis. n. calor in plerisq; fortificeꝛ in nocte spirituū retractione & somni reductione nō tn̄ pōt hmōi calor duo: ut alimētū & superfluitates digerere. Cōuenit itaq; in his cenā breuiare. Si uero hmōi corpora sub latitudine fuerint sanitatis: aut sunt sufficiēter sana robusta supfluitatibus sensibilibus carentia: cū oēs expellāt sua uia: ut athlete: & hos expedit cena maiorare. Tu qa natura eoꝝ nocte solū ē digestioni ciboꝝ intēta: & nō superfluoꝝ maturatiōi: cū illis ferre careāt. Tū qa solū robur corpis intēdūt: qđ & nocte acquiriꝛ magis cum amplior fiat sanguificatio distributio & spirituū in his gn̄atio. Sit aūt corpora fuerint a dicto tpamēto & robore distātia: sicut sunt plura usq; in ęgritudinē nūc deuenientia: talia aut exercitanꝛ exercitatio forti cōtinuo & uehementi: aut nō: si sic: ut sunt uictū manibus q̄rentes: melius est eis prādiū sup cenā maiorare. Cuius cā est: qa alimentū nō solū expetiꝛ pp nutrire: sed ppter humectare mēbra ac irrorare ne arefiāt ex forti motu: & resistaꝛ resolutioni caloris: ppter qđ oportet plus cibi exhiberi in prādio: neq; ppter exercitiū talia corpora cessant ab eoꝝ digestiōe: cū ita sint ɔsueti. Vsus. n. est res p̄ter naturam. Est & calor uehemēs ppter exercitiū potēs sup digestionē in eis: ppter qđ uidemus eos ter in die cū appetitu comedere & bn̄ digerere. Si āt nō utanꝛ forti & laborioso exercitio cōtinue sicut predicti: dupliciter illud euenit: qa aut solū qn̄q; utunꝛ exercitio forti & laborioso & nō continue: aut: solū utunꝛ exercitio debili. cum quo stat multiplicatio supfluitatū. si utāꝛ exercitio plurimo forti & laborioso ppter occupatiōes necessarias

in uita & ad salutē: sicut ciuiles uiri q̄ plures circa bona fortunæ negociā
tes ad salutē interdū exercitio forti & laborioso mouenť: & diu eqtantes
uel itinerantes: aut aliud quoddā fortius a cōsueto agentes exercitio: &
his utilius est cenā sup prādium amplius augere. Cuius rō est: qa si tales
prādiū augerēt cū ñ sint cōsueti adeo forti & laborioso exercitio agitari
ut priores ipsoꝝ: iā corrūperet digestio: maloꝝ humoꝝ generatiua. Itē
pp motū supfluū calor hoꝝ dissemination cst debilitatus: cuius quidem
unitio q̄ magis nocte fit q̄ die potissima est fortitudinis & digestiōis cā:
q̄re in cena instāte nocte alimētū amplius pōt administrari. Itē isti prius
nō laborioso utebanť exercitio: & sic corpus eorū humiditatibus plenū
est: qbus & paruo cibo sufficiēter pōt resisti resolutiōi & exsiccatiōi factis
p motū in die occurrētē. Si uero paucis debilib⁹ exercitiis & paruis oc-
cupatiōibus in uita utanť: p̄cipiendū ē ipsis melius prādere q̄ cenare. Et
declarať sicut istud ni corpibus nūc ęgrotātibus apparuit. Cū.n. hi sunt
debilis digestiōis: ut plurimū iuuāť p calorē solis & lucē: ualde uiuificos:
cōfortanť.n. inde spūs ppter suū simile. Ipse.n. est lux: aut effigiē habet
lucis fm Aui. Iuuať etiā qa supfluitates: tūc melius expelluntť poris aptis
de die q̄ de nocte. Preterea nocte nō oportet eos multo cibo sed pauco
repleri: cū natura tūc intēta ē: magis circa digestionē humoꝝ crudorū:
quos somnus habet maxīe digerere ac ad benignū reducere. Licet enī
nocte digestiua fortificeť uirtus: nō tñ adeo φ ualeat cibū & supfluitates
digerere. Aduertēdū est insup φ in exhibitiōe cibi maioris aut minoris
in prādio q̄ in cena maxīe seruandus est usus: qa cōsuetudo ē res maxīa
in cōseruatiōe sanitatis & ęgritudine curāda. Secūdo regiminis acutoꝝ
quod oñdiť ex eo φ eius mutatio & maxime subita uehemēter ē lesiua.
Vñ Dama. Mutare ɔsuetudinē nociuū est & molestū: & p̄cipue senibus.
Et iō praue cōsuetudines abolēde sunt: sed nō mox: eo q̄d natura nō su-
stinet repētinas mutatiōes. Et sicut patet q̄d uniuersalius maiorādū est
prandiū super cenā. cū plurime ęgritudines sunt materiales & plurima
corpa lapsa. Si tñ solū semel in die comedať melius est cibū in cena exhi
bere nisi oculi aut cerebrū patianť. tūc.n. melius est in prādio exhibere
cū nō paꝝ ęgrotantis nocet oculis & cerebro. Vlterius circa textū ē no-
tandū q̄d non solū repletio nocturna: siue in cena nocet stomacho. imo
oīs repletio cibi generat.n. oppilatōes febres: putredines: apostemata:
& leprā qa est cā indigestiōis: q̄d aūt oīs repletio nocitiua est stomacho
declarat Aui xiii. in trac. i. c. de rebus: quaꝝ usu leduntť stomach⁹ & ite-
stina dicens. Ex rebus magis inimicis stomacho est repletio: & pp illud
nō augeť corpus gulosi: qm̄ cibus eius nō digeriť: quare nō crescit ex eo
corpus. Ille āt q cibo abstinet dū tñ remanet aliqd appetit⁹ eius augeť:
qm̄ stomachus eius bñ digerit cibū. Et sic ualde cauēdū ē ne stomachus

torqueat & multū grauet ex cibo: ita ut anhelitus angustiet: & pulsus ue lociter: & similiter repletio nauseatiua & fastidiū inducēs: multū est euitāda: & specialiter ex malis nutriētibus. Ná si fastidiū sit ex grossis nutrientibus: pueniunt iuncturarū dolores & renū: & podraga & grossicies splenis & epatis & regulariter ęgritudines flegmatice & melācolice. Et si fastidiū sit ex nutriētibus subtilibus, pueniūt febres acute & maligne: & apostemata multū acuta: igit euitāda est repletio nauseatiua: non igit tm̄ est comedēdū: qn stomacho maneat aliqs locus uacuus: nec ex toto debet desideriū sopiri: sed retineri debēt alique reliqe appetitus: & hoc spāliter obseruādū ē in hn̄tib⁹ appetitū fortē. Sūt. n. aliq quoꝝ appetit⁹ naturalr multū sopitus est: & isti forte debēt plus comedere q̄ appetūt.

Tu nunq̄ comedas stomachū nisi noueris an̄.
Purgatum uacuūq; cibo quē sumpseris ante
Ex desiderio poteris cognoscere certo
Hęc tua sunt signa subtilis in ore dieta

¶ In hoc textu ponunt aliqua p̄cepta quę hō sane cupiens uiuere necessario debet obſuare āte sumptionē cibi. Quoꝝ primum est ꝙ hō non debet sumere cibum nisi nouerit stomachū suū esse purgatū a malis humoribus quod fit p uomitū expellendo humores putridos & malos in eo existētes: qa si sumeret cibus prædictis malis humoribus in stomacho remanētibus ex cōmixtione talium humorū cū cibo: cibus sumptus corrūperet. Secūdū pręceptū est: ꝙ hō nō debet sumere cibū de nouo nisi pręsenserit cibum sumptū in stomacho suo fore digestū & ab eo auacuatū: qa nihil est deterius in humano corpe q̄ intromittere cibū sup aliū q non est digestus: sed digeri īcipit. Nā supassumptus cibus prioris digestionē īchoatā impedit. Et digestio prioris ante cōplebit q transiens ad epar p uenas miseraicas ducet secū cibū supassumptū indigestū: unde crudi humores in corpe multiplicabunt. Vlterius in textu ponunt duo signa euacuatiōis stomachi a cibo p̄assumpto. Primum est desideriū certū. i. uera fames. Et pro intellectu isti⁹ sciēdū est ꝙ duplex est fames. s. uera & mendosa. Verā Gal. describit. li. Amphorismorū in cōmēto illius canonicis ubi dicit. Indigētia nō oportet laborare, dicēs. Certa fames est cū homo cibo indiget: unde īmensus sequat appetitus. Sed mendosa fames est cibi appetitus corpe non indigēte. Et sic ut uera fames fit ex cōstrictione & corrugatiōe uenaꝝ officii stomachi pcedētibus a succiōe mēbroꝝ inanitoꝝ cibo indigentiū. sic mēdosa fames solet ab his fieri q̄ stringūt & rugāt orificiū stomachi mēbris cibo nō egētib⁹: ut ab actu frigidis stipicis aut accetosis. Et istius signi & secūdi precepti

p̃cedẽtis cõmemorat Auic.i.i.doctri.ii.c.de eo qđ comedit̃ sic ingẽs. Oportet p̃terea ne aliqs comedat nisi post desideriũ:neq; in hoc tardet̃ cũ desideriũ ebulierit.i.forte fuerit nisi mẽdosum fuerit.ut ebrioꝝ desi deriũ:& h̃ntiũ fastidiũ:qm̃ tollerare famẽ stomachũ putridis replet hu moribus.Et postea eodẽ capitulo dicit:Et neq; ip̃e neq; oẽs q sanitatem habere uolunt aliqd comedãt nisi desideriũ fuerit certũ & stomachus & sup̃iora intestina a p̃io nutriẽte euacuata fuerint. Quod.n.in corpore existit deterius ẽ si nutriẽs sup̃nutriẽs qđ nõ est digestũ mittet̃. Secũdũ signũ qđ significat sup̃ certo desiderio siue certa fame est subtilis dieta p̃ cedens.i.parua administratio cibi:qñ.n.illã sequit̃ fames significat̃ esse certa & uera.Sciẽdũ est insup̃ ꝙ ĩ una & eadẽ refectiõe pessimũ est simul multos & diuersos cõiũgere cibos:ut carnes & pisces uel pullos & por‐cũ:& postea ꝓlongare tp̃s in comedẽdo:qa primus cibus iã digeri inci‐pit cũ aduenit ultimus:& sic p̃tes cibi dissimiles fiũt in digerendo:sic qđ p̃assumpte prius digeste sunt q̃ postremo sumpte sue digestionis mediũ attigerit:uñ fit ꝙ q̃dã corrũpũt alias.Et istud innuit Aui.in.i.doc.ii.c. de eo qđ comedit̃ dicens.Et nihil qdẽ deterius est q̃ diuersa nutrimẽta simul adiũgere:& post hoc in comedẽdo tp̃s ꝓlongare:cũ.n.postremũ nutriẽs aduenit primũ iã incepit digeri:nutriẽtes ergo p̃tes in digeren‐do nõ similant̃.Sciẽdũ est tñ ꝙ ꝓlongatio ĩ comedẽdo moderate facta fere una hora:gr̃a bonę mastigatiõis & transglutitionis est laudabilis & plurimũ cõferẽs ad cõseruationẽ sanitatis: qa p̃fecta cibi mastigatio cũ morosa transglutitione siue ingluuie est ueluti media digestio:sed mala mastigatio uel digestionẽ cibi impedit uel uehemẽter retardat:sed ꝓlõ‐gatio in comedendo cum interlocutionibus & pausis duabus uel tribus horis est plurimum nociua:& sequunt̃ ex ea nocumenta p̃ęnarrata.

Persica:poma:pira:lac:caseus:& caro salsa.
Et caro ceruina:leporina:caprina:bouina.
Hæc melancolica sunt infirmis inimica.

¶ In hoc textu tangunt̃ decem cibi siue alimẽta melãcoliã gñati ua aut infirmis. inimica.Quorũ primũ est comestio persicoꝝ:de qbus Gal.ii.ali.c.xix.dicit ꝙ & horum succus & qđ uelut caro facile corruptibilis est:& oĩno qdẽ prauus:quare nõ oportet:sicut qdẽ est post aliud alimẽtũ offerre:corrũpunt̃.n.super‐natãtia.Meminisse ãt oportet huius qđ cõe in oĩbus:q̃cunq; cacochima humida lubrica & facile subire potentia:pp̃ hoc oportet ipsa comedere priora aliis:sic.n.ipsa celeriter subeunt:& illis uiã faciũt:ultimo ãt sum‐pta simul corrũpunt & alia. Et ita patet ꝙ istud dictũ debet intelligi de p̃sicis comestis post cibũ alium:quia ipsa sumpta ante cibum bona sunt

stomacho uentrē lenientia atq; appetitū ꝓuocantia. Iuxta illud Auic. ii. cano. c. de pſicis: dicētis. Matura sunt bona stomacho: & in eis est uirtus faciēdi appetitum cibi. Et subdit Auic. Et oportet qdē ut nō comedanť post alium cibū: qm̄ corrūpunť post eū: sed p̄cedant ante cibū. Similiter Serapion in aggre. c. de eis: auctoritate Diascoridis ait: matura ex pſicis sunt bona stomacho & molliunt uentrē. Immatura uero stringūt: & qñ desiccanť stringunt fortius: & decoctio siccorū qñ. s. bibiť ꝓhibet fluxū humiditatū ad stomachū & uētrē: & qñ trita sup locū pulue rizanť unde fluit sanguis abscindēt eum. Et licet prænarrata habeāt iuuamēta: qa tñ humorē generāt putrefactibilē: nocitiua sunt infirmis: & maxime qñ indebite sumunť. Et sunt pſica frigida in prīo gradu & humida ī secundo. Secundū ē pira siue comestio piroꝝ. Et cā eius est: qa pira & generaliter oīs fructus recēs nō coctus replet sanguinē aquositate buliēte in corpe: & sic p̄parāt sanguinē ad putrefactionē: & p cōsequēs nocēt ęgris. Pira similiter ut dicit Auic. ii. cano. c. de eis: a ꝓprietate inducūt colicā: ip̄a tñ inter cęteros fructus multos īpinguāt: ꝓpterea porci ex ipsis piris īpinguanť plusq̄ ab aliqbus aliis fructibus. Et qa pira uentositatē generāt: & sic inducūt colicā. Vsus habet ꝙ pira & alii fructus uētositatē faciētia cū carnatiuis. i. uētositatē expellētibus comedūt: uel possumus obuiare nocumēto ipsoꝝ supbibēdo uinum uetus odoriferū: & meliora pira sunt q̄ magis odorifera sunt: & magis dulcedinē pticipantia: & ēt meliora sunt decocta q̄ cruda: & pñt decoq cū aniso feniculo & zuccaro. Tertiū est comestio pomoꝝ: de qbus dicit Aui. ii. cano. c. i. ꝙ assiduatio comestiōis eoꝝ facit euenire dolorē neruoꝝ. Et poma ēt mala hñt ꝓprietatē in generādo uētositatē in secunda digestiōe: q̄re nocēt ęgris: & ēt pp similem cām ill q̄ dicta est de piris. Et ista dicta de piris & pomis maxīe intelligēda sunt de ipsis crudis & nō de ipsis coctis. Et nedū isti fructus ab infirmis sunt uitādi: imo oēs fructus īplentes sanguinē aquositate ebuliēte: ut fructus recētes: quoꝝ succus in humano corpe ebulit sicut mustum. & succus fructuū ebuliunt exterius ī uase: & hoc pp calorē solis derelictū in eis cū maturabanť. Isti. n. fructus pp ebulitionē succi eoꝝ preparant sanguinē ad putrefactionē: licet ꝓ hora q̄ sumunť iuuamentū p̄stent humectatiōis. Et de hac cā Aui. febricitātibus ꝓhibuit fructus maxīe recētes in. iiii. trac. ii. c. vii. dicēs. Et oēs fructus nocēt febricitāti cū ebulitōe sua & corruptiōe in stomacho. Quartū est comestio lactis. Cuius cā est: qa lac de leui corrumpiť: & in fumū aut acetositatē cōuertiť ī stomacho immundo: sicut ut plurimū est stomachus febricitantis febre putrida: & ergo febricitantibus febre putrida nō cōcediť. Et similiter est malum habentibus dolorē capitis & siticulosis & pluribus aliis: de qbꝰ loquitur ipocras. v pticula amphorismoꝝ: amphorismo illo. Lac dare caput do-

lentibus malum &c. Verū est tñ ꝙ in aliq̄bus passionibus cōuenit sicut in ptisi & ethica & aliq̄bus aliis ꝓut ēt dicit Ipocras amphorismo iā allegato: & ēt inferius aliq̄d dicet ibi. Lac ethicis sanū &c. Et licet lac in p̄dictis passiōibus uitupet: in sanis tñ laudabile ē: & hoc si in stomacho & epate bñ digerat: tunc.n. intestina lauat sua aquositate: & mundificat butirositate sua: humoribus uenenosis repugnat: mēbra humectat: caseitate sua uulnera pectoribus iuuat & pulmonis gutturis renū quoq; ītestinorum & uesice morsurá acutoꝝ humorū in intestinis mitigat: quia uisceribus inuiscat: & humoꝝ ꝓhibet morsum. Præterea cōuenit lac corpibus tēpatis: quoꝝ stomachus mūdus ē a colericis & fleumaticis humoribus. In his.n. lac bñ digestū multū dat nutrimentū: laudabilē sanguinē generat carnē augmentat: totū corpus laudabiliter humectat: exteriora pulchra facit. ut refert ysaac in dietis uniuersalibus. Et ibi etiam auctoritate Ruffi dicit ꝙ lac bibētes ieiunos esse oportet & bibat calidū cū exeat ubera: neq; aliq̄d comedat quousq; digerat: & labor & nimi⁹ motus caueatur. Non est tñ quiescendū oīno a deambulatiōe sed deambulandū est suauiter quousq; in stomachi fundū descendisse sentiat. In distēpatis uero corpibus lac nō cōuenit. In calidis.n. corpibus cito mutat in fumositatē & colerá. In frigidis uero in acetositatē & putredinē. In stomacho etiā īmundo lac non cōuenit: q̄a in eo corrūpit. Circa electionē āt lactis sciendū est ꝙ magis eligendum est lac mediocre in uia nutrimēti & non subtilissimum sicut lac cameli aut ēt asininū neq; pinguissimū & grossissimum: sicut lac uaccarū & pecudū. Eligendū est igit lac capre: nō.n. habet tm̄ aquositatis sicut lac cameli quod non est aptū ad nutriendū rōne nimie humiditatis: sed uētris subductiuū: nec habet tm̄ pinguedinis & grossiciei seu caseitatis & unctuositatis sicut uaccaꝝ & pecudū quod pp grossiciem & unctuositatē est uenaꝝ oppilatiuū: uētositatū generatiuū: & difficilioris digestionis quā sit necessariū in tegimine sanitatis. Eligat igitur lac capre nō nimis ꝓpinque partui: nec nimis distātis a partu nō pinguantis: nutrite in bonis pascuis & in tēpore quo reperiunt meliora pascua. Quintū est comestio casei & pōt intelligi de omni caseo maxime tamē de ueteri. Cuius rō est: q̄a caseus recens est frigidus & humidus & grosse substātiæ & difficilis digestionis & oppilatiuus & lapidis generatiuus & non multū cōpetit uia cibi in regimine sanitatis: Et caseus uetus est calidus & siccus pp sal. facit cibū digeri & difficulter digerit parum nutrit & male: in stomacho nocet: & nimis desiccat: & minus competit q̄ recens. Et si aliquis caseus est medius inter nouū ueterē & uiscosum & frangibilem durum & molem: & parum declinans ad aliqualem dulcedinem: non nimis salsus: nō lachrymosus: cū inciditur saporis delectabilis & boni odoris: cuius in stomacho mora nō diuturna ex bono lacte

cõueniẽter fact⁹ sufficiẽter unctuosus: talis utiq; caseus bonus est: & ĩter alios magis est diligẽdus: & post cibũ sumptus nõ multa quãtitate: multa uero quãtitate stipatus in uia cibi uniuersaliter est malus: stomachum grauans & inobediẽs digestioni: & oppillatiuus: & lapidis in renibus: & humorꝝ grossorꝝ ĩ corpe & uentositatũ generatiuus. Solũ igiť ille caseus est bonus quẽ dat auara manus. Sextũ est caro' salsa. Caro.n. salsa siue sole siue fumo exsiccata cuiuscũq; generis aut aĩalis fuerit generata sanguinẽ grossum & melancolicũ: & p cõsequẽs nocet infirmis: nec est cõueniens sanis. Et istud innuit Aui.ii.in doc.ii.c.xv.in fine dicẽs. Et exẽplum spissi pauci nutrimẽti mali chimi.i.mali humoris est caro solita. Septimũ est caro ceruina: q̃ similiter est sanguinẽ mẽlacolicum generãs. teste Rasi.in Almãsore.c.de aĩalibus siluestribus & domesticis. Octauũ ẽ caro leporina q̃ similiter sanguinis melancolici est gñatiua. Dicit.n. Rasis de ea loco p̃all. Ipsa.n. plus aliis melancolię gñatiua est. Et de ista ẽt dicit Isaac in dietis uniuersalibus ꝙ nõ cõuenit in uia cibi: sed solũ in uia medicinę. Et ẽ sciẽdũ ꝙ ista caro leporina & similiter ceruina cũ puenerit ad antiqtatẽ simpliciter sunt euitãde. si tñ aliquo mõ cõueniãt meliores sũt iste carnes cũ partui sunt ꝓpinque: ut siccitas eorꝝ obtẽpeť ab ętate: & ẽt sunt euitãde: nisi sint pĩgues: nã ex ea pĩguedine obtẽpať siccitas. Nonũ est caro caprina. Decimũ est caro bouina: qa iste carnes etiã sunt carnes melãcolicę. Nã Isaac in dietis uniuersalibus de eis dicit. Caro caprina & bouina sunt pessima dura in digestiõe tarda: & digesta grossum generãt sanguinẽ & melãcolicũ. Et Aui.ii.cano.de carne caprina dicit. Caprina uero nõ est bona multum: & eius humor fortasse est malus ualde. Et sub istis ẽt intellige carnẽ hircinã & uaccinã q peiores sunt p̃dictis carnibus .s. caprinis: & bouinis. Nã de eis dicit Auic.ii.cano.c.de carne. Et caro uaccina & ceruorꝝ hircorꝝ siluestriũ & magnarꝝ auiũ facit euenire febres quartanas. Et de carne uaccina adhuc dicit ꝙ caro uaccina plurimi nutrimẽti ẽ grossa melãcolica generãs ęgritudines melãcolicas. Et ulteri⁹ dicit qď caro uaccina generat leprã. Et de carne hircina dicit qđ ẽ mala absolute. Quia iam textus locutus ẽ de carnibus uitãdis: & maxime aĩaliũ quadrupedũ. Videndũ est ulterius de carnibus aĩaliũ quadrupedũ. Et qa circa electionẽ carniũ aĩaliũ quadrupedũ cõtrouersia uř inter auctores medicię. Quidã.n. dicũt carnes porcinas eẽ meliores sicut Gal. & qdã alii. Alii uero dicũt quod carnes edinas esse meliores: sicut Rasis Auic. & Auer. licet Auer.v.colliget ĩponat Aui. qđ dixerit carnes porcinas esse meliores: qđ tñ nõ dicit auctoritate ꝓpria: sed auctoritate christianorꝝ. alii uero laudãt uitulinis p̃aliis. Secundũ ẽ qđ electio & melioritas carniũ aĩaliũ quadrupedũ põt multipliciter attendi. Primo modo ex pte maioris nutrimẽti & irresolubilioris & carnib⁹ humanis similioris.

Et isto modo caro porcina cæteris est melior. Primo ppter maximã si militu dinẽ quã habet cũ carnibus humanis: teste Gal. iii. alimentorũ ubi dicit: porcinę ãt carnis similitudinẽ ad hoïes addiscere: est ex eo q̃ qdã comederunt humanas carnes ut porcinas nullã suspitionẽ habẽtes ẽm gustũ ipsarũ & odorẽ. Et Auic. ii. cano. c. de sanguine ait. Sanguis hoïs & sanguis porci sunt similes in oï re: ita ut qdã fuerunt q uẽdebãt carnem hoïs ac si esset caro porci: & occultatũ fuerat illud usq; quo inuẽti fuerũt in ea digiti hoïs. Et istud idẽ sentit satis Auerro. v. colliget. c. de carne. Secũdo qa caro porcina ualde nutritiua est. Nã dicit Gal. iii. alimẽtorũ. Oium edibiliorũ caro porcorũ est maxime nutritiua: & huius expiẽtiam euidẽtissimã hñt athlete. Et postea eodẽ libro ait: porcorũ carne nullum aliud ãplioris nutrimẽti hẽbis sumere. Tertio qa generat alimẽtũ stabile fortiter resistẽs resolutiöi. Et ista fuit mẽs Galieni multis passibus ubi nõ parũ p̃fert porcinas carnes cęteris carnibus. s. in octauo de ingenio: ubi dicit. Cęteris carnibus porcina laudabilior est si porcus mõtana incoluerit: post porcũ edus. Et similiter in qnto teraputice ubi dicit. Quadrupedũ caro laudabilior est porcina in calore & humiditate tempata. eiusq; cibus plurimos & sangue ab ea generatus oï melior est sanguine. Et istud ueritatẽ habet de carne porcorũ nõ antiquorũ: qa eorũ caro indigestibilis est: nec iuuenũ: siue lactentiũ: qa caro eorũ humidissima est: sed ętate mediocriũ: puta unius anni uel duorũ tã domesticorũ q̃ siluestriũ. Verisimiliter tñ estimãdũ est qd porci siluestres sunt domesticis meliores: qa carnes porcorũ domesticorũ sunt plus debito uiscosiores. Et de carnibus porci siluestris siue apri di. Aui. ii. ca. c. de carne. Xp̃iani uero dixerunt: & q eos imitant̃ qd melior caro siluestris est caro porci siluestris. nã cũ hoc ẽ leuior carnibus domestici porci: est fortis nutrimẽti & plurimi: & est uelocis digestions: & est melior q̃ esse põt in hyeme. Et ex isto ulterius seqt̃ q̃ p̃dicte carnes porcinę multũ laudabiles sunt corpibus iuuẽibus sanis & fortibus. laborãtibus nõ dispositis ad oppilatiões: & his q impinguati q̃rũnt: qa talia corpa indigẽt plurimo nutrimẽto & difficulter resolubili. Et ergo dicit Ra. in Almã. c. de uirtute carnium. Caro uero grossa multũ laborantibus cõueniẽs est: subtilis uero his qui prædictis sunt cõtrarii cõuenit. Et idẽ uult Aui. in. i. c. de regimine eius qd comedit̃ dicẽs. Exercitati prætęrea & multi laboris magis sunt tollerãtes nutriẽtia grossa: alio mõ põt attendi melioritas & electio carniũ ex pte tempate cõplexiõis earum: facilis digestiõis & sanguinis ex ipsis generati tẽpantiã. ut. s. illa caro dicat̃ melior q̃ tẽpate est cõplexiõis. facilis digestiõis sanguinẽ generãs tpatũ ĩ caliditate & frigiditate subtilitate: & grossitate. Et iste mõ caro edina est melior & laudabilior cęteris ut. uult Rasis Auic. & Auer. Nã dicit Rasis in Almã. c. de aïalibus siluestribus

& domesticis. Edina caro est tpata nullā in se hñs malitię admixtionem
q̄ licet tpatum genere sanguinem: laborātibus tñ non cōgruit. cui nulla
alia caro p̄ferēda est. Nō est. n. adeo debilis ut ex ea uirtus minuat̄: neq̧
eius nutrimentū adeo multū est & grossum ut ex eo ꝑueniat repletio. &
grossus generet̄ sanguis. Sāguis quoq̧ q ex ea generat̄ inter subtilem &
grossum: ac inter calidū & frigidū existit. Et ista caro nō conuenit multū
laborātibus. sed iuuenibus tpatis exercitio mediocri utētibus: qa ista ca
ro generat sanguinē forti exercitio uel laborare faciliter resolubilē: licet
non exercitio mediocri. Et sicut quo ad istā intentionē caro edina inter
carnes domesticas. Ita caro capreoli inter carnes siluestres est melior.
Et post istā carnē edinā plurimi medicoꝝ sicut Ra. & Auer. ponūt car-
nē arietinā. Et dicit Auer. y. colliget. c. de carne: ꝙ est hęc opinio maio-
ris ptis medicoꝝ p̄ter gali q abominat̄ carnes arietū. Et uı̄ sibi: qa caro
uituloꝝ est melioris nutrimēti quā arietina. Et forsan gali hic attēdit me
lioritatē nutrimēti ex eo qđ est plurimū nutrire: & nutrimentū dare ma
gis irresolubile: qđ magis uı̄ cōuenire carnibus uitulinis quā arietinis:
cū arietine magis humide sint. Tertio mō pōt attendi melioritas & ele-
ctio carniū ex pte minoris uiscositatis & melioris odoris eaꝝ. Et sic car-
nes uituline sunt meliores aliis carnibus. Et istud inuit Auer. y. collet. c.
de carne dicēs. Et carnes uituloꝝ sunt bonę carnes: iō qa nō hñt illā ui-
scositatē frigiditatē & siccitatē quā hñt carnes boninę ueteres: & carnes
eorū sunt magis odorifere aliis carnibus: & q̄tū est in hoc meliores sunt
carnibꝰ edinis: qa in carnibus edinis manifestat̄ q̄dā muscillago. i. uisco
sitas anq̄ coquant̄: sed carnes edinę sunt meliores uitulinis: qa meliores
generāt humores. Et ex isto patet qūo nō est tāta cōtrouersia inter aucto
res medicinę sup electiōe carniū q̄ta prima faciet apparet. Notandū est
insup ꝙ carnes aīaliū siccę cōplexiōis meliores sūt circa ptū q̄ distantes
multū a ptu: ergo edi & lactentes uituli meliores sunt hircis & bobus: qa
siccitas primæ ętatis humiditate corrigit̄. Sed carnes aīaliū cōplexionis
humidę sunt meliores distantes a partu. & circa partū deteriores: quia
sua nimia humiditas ꝓcessu ætatis exsiccātis. s. iuuētutis corrigit̄ aut tol
lit̄: & ab humiditate primæ ętatis crescit. Et iō iuuenes castri arietes. s.
unius āni sunt meliores & minus uiscosi lactētibus agnis: & porci unius
anni uel duorū meliores lactentibꝰ porcellis. Et ergo bñ dicit Aui. iii. c.
de regimine eius qđ comedit̄. Oportet autem ut cibus supple sanitatis
cōseruatiuus sit tales q̄les sunt carnes: & ꝓprie carnes edorū & uitulorū
lactendum paruorum & agnorū animalium. tE ex hoc patet ꝙ in tem-
poribus & complexionionis humidis magis competunt carnes declinā
tes ad siccitatem ut assentur. In temporibus siccis & complexione & ęta
te siccis magis competunt carnes declinantes ad humiditatem.

¶ In hoc textu ponunt tria alimēta q̄ in modica q̄titate multū nutriūt

Oua recentia: uina rubentia: pinguia iura.
Cum similia pura naturę sunt ualitura.

Quorū primū est oua recētia: quia sunt de his que in modica quātitate multū nutriūt: ut innuit Auic. ii. can. c. de ouis. Et idē uult. iiii. in. c. i. ubi dicit: nutriēs uero paruę q̄titatis: & multi nutrimēti sunt oua & gallorū testiculi. Et illud idē in multis aliis locis repetit. Circa electionē ouorū sciendū est oua q̄ gallinarū & pdicū & faseanorū iuuenū & pinguiū sunt bona in sanitatis regimine: & aliis ouis simpliciter meliora: unde oua puula lōga sunt bona, uñ filia p̄sbyteri iubet p lege teneri. Quod bona sint oua cādida lōga noua, amplius oua tremula. i. p decoctionē aliq̄liter inspissata: ut ī manu tenētis in cortice suo uideant tremere: sunt meliora duris & sorbilibus: & sunt multi nutrimēti: & facilis & bone digestiōis: & generāt sanguinē maxime cordi pportionabilē. unde cōualescētibus senibus & debilibus maxime cōueniūt: & maxīe uitella. unde Auic. in trac. de uiribus cordis uult q̄ uitella ouorū aīaliū bonę carnis sicut gallinarū pdicū & falseanorū: licet nō sint medicinę cordi: multū tñ cor cōfortāt. Et postea subdit q̄ cito ī sanguinē cōuertunt: & post cōuersionē pauca hñt supfluitatē: & generāt sanguinē subtilē & clarū: & ergo maxīe ɔfortāt cor gñando sanguinē ei pportionabilē. Et ulterius dicit q̄ multū ualēt in dissolutiōe substātiæ spūs & diminutiōe sanguinis cordis. Sorbilia uero oua facilis sunt digestiōis: & leniūt pulmonē: & pectus: uētrē lubricant: & minus nutriunt q̄ tremula. Dura uero oua p decoctionē facta ad digerendū sunt difficilia: & nutrimētū exhibēt grossum: & tarde a stomacho descēdens: & tarde penetratiuū. Notādū est insup q̄ ex diuersitate p̄paratiōis: ouorū cē acqrit in eis bonitas uel malitia: aut enim sunt assata: aut elixa: aut frixa: aut in iure sunt cocta. Assata elixis grossiora sunt: & ad digerendū duriora: qa focus substantialē eorū humiditatē desiccat. Et fiunt duobus modis: aut. n. cum corticibus inter calidos cineres ponunt: aut in testis frāgunt. In testis fracta peiora sunt aliis. Illa āt q̄ cū corticibus īter calidos cineres ponunt duob⁹ fiūt modis: aut īter cineres ponunt tota: aut sup carbones ptī discoopta: q̄ ī cinerib⁹ ponunt tota sunt peiora: qa cū calor foci circuneat: fumositates retinet: discoopta sup carbōes posita fumositatē emittūt: & mūda fiūt. Elixa ī aq̄ meliora sūt q̄ assata: qa aq̄ humiditas calori foci ī humiditate desiccāda repugnat. Et fiūt duobus modis: aut. n. cū corticibus elixant: aut īfra aquā frāgunt. Cū corticibus peiora sunt aliis: qa cortices phibēt dissolutionē fumositatū & grossiciei. In aqua fracta calor aq̄ tpate penetrat: & grossiciem sua subtiliat: & aufert

ingeniū:& inducit iuuamenta prius narrata. Ex predictis oībus cōcludi pōt ꝙ uinum eligibilius & melius in sanitatis regimine est uinum mediū seu equale inter uetustatem & nouitatē:& est clarum ad rubedinem trahens bonū hñs odorē:& equalis saporis qđ nec acre:nec acutū:nec dulce sit:qđ non fumosum nec grossum nec ualde subtile:sed ad subtilitatē declinās:qđ etiā inter fortitudinē & debilitatē obtinet mediocritatē:qđ etiā nō creuit in saxosis & lapidosis mōtibus:nec in terra simpliciter plana & arabili:sed in terra mōtuosa uersus meridiē discoopta:& in regiōe non nimis calida:nec nimis frigida. Et ista ptim colligunť ex Aui. in primo loco pal. Circa regimen uini quo ad ętates notādę sunt tres regulę: quas ponit Auic. in. i. loco pal. Prima est quod dare uinū pueris in potu est sicut ignē addere igni in lignis debilibus:eo ꝙ pueri uehemēter rari sunt:& de facili inflamabiles ꝓpter abundantiā sui caloris innati:& sunt debilium neruorū:& debilis cerebri:quare ledit eos multipliciter uinū: & inflāmatione facili:& percussione cerebri & neruoꝝ sua penetratione facillima:& fumatione copiosa. Cum igiť pueris uinū in potu dator calor eius inflāmabilis calori pueri inflāmabili addiť in corpore pueri:qđ est paucę resistentię:sicut debile lignū uel arundo sicca uel stipula arida ante faciem ignis. Secūda regula est ꝙ seni sp pōt dari uinū in potu q̄tū tollerare pōt sine nocumento. s. q̄tum appetit appetitu naturali & regulato. Sicut. n. ueteres ocreę aridę & rugatę renouanť oleo:leniunť & applanāť:sic corda senū potu uini electi:sicut uini beluacēsis. Senes. n. frigidi sunt & a uino calefiunt:& habent spūm tristē:& abundant in melancoliis:sed uinum exhilarat eos & melancolias reprimit:cōiter male dormiunt. uinum uerum prouocat in eis somnū. Ad opilationes ꝓni sunt: quas uinum apit:eas ꝓhibet. Et sic sicut uinū est pueris cōtrariissimū:ita senibus utilissimū. Tertiū est uinū tpatę dandū est iuuenibus. tpate qdē ꝑm mēsurā q̄titatiuā & decentē limphationē. Licet. n. iuuenes sint calidi sicut pueri. tñ hñt mēbra solidiora. neruos & cerebrū fortes:quibus potenter resistūt nocumentis potus uini. Cōsequenter ēt dicit ex potu uini sobriæ sumpti iuuamenta plurima:uidelicet eductionē colerę. corpale robur. & ingenii acumē. abundantiā spirituum subtiliū & paruoꝝ.

Non sit acetosa ceruisia sed bene clara.
De ualidis cocta granis satis ac ueterata

¶ In hoc textu ponuntur quinq̃ circa electionem ceruisiæ. Quorū primū ē ꝙ debet eligi ceruisia non acetosa:qa acetosa nocet stomacho. Acetum. n. nocet neruis ꝑm Aui. in pluribus passibus. Iam stomachus est membrū ualde neruosum. & hoc quo ad eius orificiū. Secundū est ꝙ ceruisia debet esse

clara: qa turbida opilat: atq; calculosis nocet nimiū, impinguat ac inflationem inducit: atq; breuitatē anhelitus: & est multorꝝ fleumatum generatiua. Tertiū est ꝙ debet eligi ceruisia de bonis granis nō corruptis. s. de optimo ordeo: tritico: siue auena: qa q̄to grana sunt meliora: melior ex eis generaē humor. Quartū est ꝙ ceruisia debet esse bene cocta: quia melius digeritur & amicabilius a natura recipitur: & nocumēta quę prouenniunt ex bibitione eius melius tolerantur. Ceruisia. n. non bene cocta uentositates in uentre inducit tortionem inflationē atq; colicā. Quintū est ꝙ ceruisia debet esse antiqua: & a fecibus mundata non nimiū recēs. Recens. n. ceruisia inducit eadem nocumenta que ceruisia non bene cocta: & cum hoc de se facillime inducit stranguiriam.

De qua potetur stomachus non inde grauetur.

¶ Hic poniē unū documētum circa usum ceruisię. & est ꝙ utēs ceruisia debet ea uti tpate sic ꝙ non graueē stomachus uel inducaē ebrietas. Ebrietas. n. q̄ ex ceruisia ꝓuenit deterior est ea q̄ ex uino est & magis durās cū de ceruisia fumi & uapores eleuari ad caput sunt grossi: quare minus resolubiles sunt: quā q ex uino eleuanē. Et est hoc sciendū ꝙ in principio prādii uel cene cęteris paribus utilius est īcipe suū potū a ceruisia quā a uino. Cuius cā est: qa in principio mense corpus est famelicū: & sic stomachus ante principiū sumptionis cibi famelicus erat: & sic traxit suꝑfluitates a mēbris. Si ergo uinū in principio mēse dareē: ex quo natura maxime trahit uinū: qa de se maxime nutritiuum ille supfluitates. s. a stomacho tracte simul cū uino ad ptes corpis traherenē: sed natura nō ita auide trahit ceruisiā. Silr ceruisia lauat humores adherentes orificio stomachi. Et pp illā cām medici cōsulunt qđ in maxima fame debeat prius ꝓuocari uomitus q̄ cibus sumaē: ut ille supfluitates a stomacho famelico tracte euacuenē ne cōmisceanē cū chilo. Silr timēs sitim ex nimia potatione uini debet bibere ceruisiam. Ipsa. n. sitim mendosam reprimit.

Temporibus ueris: modicum prādere iuberis.
Sed calor ęstatis dapibus nocet īmoderatis
Autūni fructus: caueas ne sint tibi luctus
De mensa sume: quantum uis tempore brume

¶ In hoc passu determinatur de q̄titate cibi sumēdi ꝫm diuersitatē tēporū quattuor anni: q̄ sunt Ver: ęstas: autunnus: & hyems: & dicit tex. Prio qđ tpe ueri debemus modicū prandere. i. parū cū sumere cibū. Et idē uult Auic. ii. c. do. ii. c. vi. de regimine tporꝝ cū rectifi. atiōe aeris.

Et rõ huius est:ut ibidẽ ẽt uult Aui. qa tpe hyemis pp gelositatẽ exercitii prauitatẽ:& resolutiõis ꝓhibitionẽ multiplicanť humores crudi:& maxiẽ fleumatici:q pp ꝓportionabilitatẽ tpis:tũc maxiẽ gñanť:& isti in iterioribus corpis coadunanť:pp frigus circũstãs. Ver aũt supueniẽs istos humores crudos in iterioribus coadunatos eliquat:& facit eos currere p totũ corpus:q̃re natura tũc multũ occupať circa digestionẽ eoꝝ. Si ergo tpe ueris dareť magna q̃titas cibi natura a digestiõe talium humorũ fleumaticoꝝ ipedireť & diuertereť:qa p istos humores & magnã q̃titatẽ ciboꝝ nimiũ grauareť:& sic tales humores i corpe manerẽt idigesti: & currentes ad aliqd mẽbrũ illic ęgritudinẽ inducerẽt. Et ergo sũmope cauere debemus a magna q̃titate ciboꝝ i uere:qa diminutio ciboꝝ tali tpe est unũ de maxime pseruãtibus ab ęgritudinibus ueris, ut uult Aui. in.i.loco pal. Et istud qđ dictũ est maxiẽ ueritatẽ habet de medio & fine ueris:& nõ de initio eius:quia initiũ eius hyemi assimilať:q̃re tũc hõ põt nutriri sicut in hyeme. Et istud ẽt intelligendũ est qñ uer inuenit corpus repletũ humoribus fleumaticis crudis. Si.n.uer inueniat corpus tpatũ in humoribus:cibus in eo dãdus est ꝑm mẽsurã caloris inati & resolutionẽ q̃ fit a corpe:qa tũc ablata est cã:quare diminuereť cibus. Et istud uoluit Ipo.i.ampho.dũ dixit:Vẽtres hyeme & uere calidissimi sunt natura & somni lõgissimi. In his igiť tpibus oblatiões plures dãde sunt: etenim innatus calor est multus:nutrimẽto igiť indiget ampliori. Secũdo dicit ꝙ nimia sumptio cibi nocet in ęstate. Cuius cã est:qa tunc tpis digestiua uirtus est debilis cum spũs & calor innatus q sunt instrm uirtutũ multũ sunt debiles:& paꝝ resoluti ꝓpter calorẽ extrinsecũ uehementẽ trahẽtẽ eos ad exteriora:& ergo multus cibus nõ posset digeri. Et circa istud sciendũ est qđ ꝓpter uehemẽtiã resolutiõis humiditatũ tã substãtialiũ q̃ nutrimẽtaliũ corpis in ęstiuo tpe grossior & maior cibus exhibẽdus esset si uirtus sufficeret ad digerẽdũ talẽ & tñ sed qa nõ sufficit una uice multũ digerere cibũ paꝝ sępe & sępe de eo dãdũ est:iuxta illud Gal.i.ampho. cõ.illius can. Et qbus semel aut bis dicẽtis. In ęstate cibus multotiẽs erit dãdus:& paꝝ multotiẽs:qa idiget pp sępissimã dissolutionẽ:paꝝ ꝓpter uirtutis defectionẽ. Et licet in ęstate paꝝ de cibo sit dãdum, multũ tñ de potu põt dari cũ tũc resolutio maxima fiat:& desiccatio corpis:& eleuatio caloris sup humidũ:& plus sitiat hõ q̃ alio tpe. Verũ est tñ qđ potus uini & pcipue uinosi puri minuẽdus est:qa tale uinũ est faciliter inflãmabile & calorẽ tã acutũ ęstu uiolẽto excãdescere facit:& ergo si bibať uinũ miscenda est multa aq̃:& dimittať uinũ uetus & forte. Tertio dicit qđ in autũno debemus cauere a fructibus saltem illius tpis ut uuis:psicis:ficubus:& similibus:uel saltẽ nõ multũ de eis comedere:qa tales fructus generant sanguinẽ dispositũ ad putrefactionẽ pp ebullitione q̃ in corpe &

humoribus faciūt:& maxime si fuerint in stomacho imūdo uel cacochimico corpe recepti:q̄le corpus i autūno sępius occurrit. Et sic male tūc accidūt ęgritudies.s.uariole morbili & pestilētes. Pro maiori tn̄ noticia regimis cibi & potus tpe autūni:sciēdū est qd tpe autunni debet euitari fames sitis & repletio multi cibi in una hora:ut uult Ra. i Almā.c.de regimine corpis ſm tpa. Vinū p̄terea qd bibit tpe autūni uehementer est limphādū ut corpus humectet:& calorē reprimat:sed nō supflue debet limphari in tantū q̄tū in ęstate:neq; supflue debet tūc bibi:qa tūc natura debilitata nō sufficeret ip̄m regere:& digerere:& nimis limphatū calorē obtūderet:& multiplicaret uētositates:qbus colica generari posset. Quarto dicit q tpe hyemali debemus sumere cibū tm̄ q̄tū uolumus.i. plus quā cęteris tpis. Et idē uult Aui.in.i.loco pal.& Gal.in com. illius amphoris.i.parti.amphoris. Et qbus semel aut bis.ubi dicit. In hyeme multus cibus & paulatim est dādus. Et rō huius ē:qa calor nostri corpis in hyeme est fortissim⁹.tū qa unitus:tū qa fortificatus p antipharistesim.i.iuxta positionē sui cōtrarii:uidelicet frigiditatis aeris nostra corpa circūdātis. Et istud uer est in corpibus robustis & carnosis: & non in raris & debilibus:qa in talibus corpibus frigus intensum hyemis nō cōfortat calorē:sed magis debilitat. Et istud inuit Ipo.i.ampho.dicens. Vētres hyeme & uere calidissimi sunt natura:& somni lōgissimi. In his ergo tpibus oblatiōes plures dāde sunt:qa calor est multus:nutrimēto igit ampliori indiget. Ex isto etiā sequit q nutrimēta grossiora & durioris digestiōis cōueniunt hyeme q̄ aliis tpibus:qa calor est fortior. Vinū aūt quo utendū est hoc tpe debet esse roseū nō albū cū aqua pauca. Notandum hic q licet cosideratione habita ad fortitudinē caloris & digestiuę uirtutis in hyeme grossiores & densiores cibi cōueniant: qa tn̄ corpa tūc disposita sunt ad opilationes & repletiones ex fleumate plurimo:nec ab eis resolutio multa fit a cōtinente:tutius est uti:tunc mediocribus cibis iter solidum & rarum:grossum:& subtile:sicut carnibus edi:uituli:& mutonis:luciis:parcis:& cancris:& utētibus grossioribus cibis:ut boue:porco:ceruo:conchis:ostreis:carpis:& similibus: expedit unica comestiōe in die continentur uel utant sępe rebus diureticis & aperitiuis:ut petrosilino:nasturcio:apio:& similibus:& forti utantur exercitio.

Adde rosę florem minuit potenter amorem
Saluia cum ruta faciuut tibi pocula tuta

¶ In hoc passu ponuntur duo remedia corrigētia potū malū. Quorum primum est saluia:cuius folia iposita potui corrigūt malitiam potus sua pprietate: & etiam in se hn̄t uirtutē confortādi neruos & cerebr:qbus confortatis

melius resistunt malis fumis recipiendis q̄ pueniunt ex malo potu. Secū dum est ruta: cuius ēt folia integra absq̧ eoꝝ alia cōtritione debēt potui imponi: qa sua caliditate & pprietate corrigūt malitiam potus. Et de ruta qūo ualet contra uenenū prius dictum est ibi. Allea nux ruta. Postea subdit textus quod istis duobus p̄dictis potest addi flos rosę. Et hoc maxime debet intelligi de rosa rubea que sua aromaticitate exiſtēte in eius superficie: & similiter sua stipticitate corrigit malitiam potus.

Nausea non poterit: quemq̄ uexare marina
Antea cum uino mixtam si sumpserit illam

¶ In hoc textu ponit unū remediū cōtra nauseā siue uomitū pueniēs ex trāsfretātibus nō consuetis dicēs: qđ ille q debet trāsfretari añq̄ nauē intret debet aliqbus diebus miscere aquā marinā suo uino. Et istud est remediū p diuitibus qđ si paup fuerit debet potare aquā marinā: ut facilius nauseam euitet. Et cā huius: qa aqua maris salsedinē habet & sic sua salsedine & stipticitate q̄ conseqt salsedinē orificiū claudit: & p hoc uomitus impedit. Et circa istud est notādū qđ sicut uult Aui. iii. in. c. de regimine iter agētis in mari: uiator in mari non debet multū conari: retinere: uel cōpescere a principio nauseā: uel uomitū: sed dimittat uomitus ipsius cōtinuari donec p ipm fuerit bene purgatus: hoc. n. p̄seruat a multis ęgreditudinibus: & nedū p̄seruat: imo ēt curat: uel alleuiat graues: & magnas ęgritudines: ut leprā: ydropisim: appoplexiā: & frigiditatē stomachi: & eius inflationē put uult Aui. iii. in doc. ii. c. ii. si tñ si uomitus uiatoris in mari supfluxerit sic qđ uehemēter debilitet ipm restringēdus est comestione fructuum stipticoꝝ & acetosoꝝ: sicut sunt citonia maciana acetosa. Vel poma de capenduto & mala granata acetosa: qbus orificiū stomachi cōfortatum depellit humores inferius. Et stomachus etiam cōfortatus ab his humores repellit effluentes ad eum exagitatione ab undis. Vel pōt semen apii torrefactum bibi cum uino uel absinthiū potest comedi aut bibi. Et similiter panis assatus & infusus in uino bene redolēte comestus ualet ad idem. Et ulr ualet nutritio uiatoris in mari ex cibis acetosis confortantibus os stomachi: & phibentibus uapores & fumos ascēdere ad caput: sicut sunt lentes cocte in aceto uel in succo uuę acerbę.

Saluia sal uinum: piper allea petrosilinum.
Ex his fit salsa nisi sit commixtio salsę

¶ In hoc textu. ponit modus faciendi salsamētū cōe si in mensa deficiāt salsamenta spetialia. Et pro illo ponunt quinq̧ ex quibus potest fieri salsamentum.

Primum est

Primũ est saluia: qua fit cõdimentũ in assatiõe auce siue decoctione: uniuersaliter. n. auce assate siue porcelli saluia implent: ut humiditates superflue: siue uiscositates extrahant: & odor saluię aucis uel porcellis immaneat: Post assationẽ tñ salua eiici debet & ñ comedi. Similiter ex saluia fit cõdimẽtũ comestibile a rusticis uel cõibus in comestiõe auce: terunt enĩ alleũ cũ uino & saluia ad auferendũ aliqd saporis allii. Secundũ est sulcũ & est salsamẽtũ diuitũ siue nobiliũ. Ipsi. n. deficiente sinapio uel ueriuto ponũt in salserio uinũ cui modicũ salis admiscẽt. Tertiũ est piper: & est salsamentũ rusticorum: cõmiscent. n. piper cũ fabis & pisis. Similiter ẽt ex pane asso ceruisia uel uino: & cũ pipere fit salsamentũ nigrũ ad modum pultis qđ piper dr: & hoc supeffundũt carnibus: aut piscibus. Quartum est alleũ: ex quo ẽt fit salsamẽtũ rusticorum: miscẽt. n. cũ molli caseo & lacte terẽdo alleũ: & sic cõedũt cũ cibo: siue asso: siue elixo: siue salso: siue dulci: & cũ ouis duris. Quintũ ẽ petrosilinũ: ex cuius foliis cõtusis est ueriuto uel albo uino fit uiridis salsa cũ assis comestis. Et circa istud ẽ notandũ q salsamẽta siue salsę diuersificant primo ẽm tpa. Tẽporibus. n. calidis declinant salsę ad frigus uel paucam caliditatẽ. Tpibus uero frigidis e conuerso. Materia igit salsarum in ęstate fit ueriutũ uel agresta de sumitatibus uitis uel acetũ: sucus limonũ uel citrangulorum granatorum cũ zuccara & aq rosarum. Et interdũ iu salsis q fiunt in ęstate põt addi aliquantulũ serpilli & petrosilini ad obtẽperandũ frigiditatẽ pdictorum. Materia uero salsarũ cõpetentiũ tẽporibus frigidis sunt sinapiũ: eruca: zinziber: piper: cinamomũ: gareofili: allea: saluia: menta: serpilũ: & petrosilinũ: uinũ: aq: carniũ: acetũ nõ forte: sed ppinquũ naturę uini: & in tpibus mediocribus sunt mediocris caliditatis & frigiditatis. Secũdo diuersificãt rõne cibariorũ p qbus fiũt: nã alia & alia cibaria indigẽt aliis: & aliis salsis sicut sciũt dñorũ coci: mutonũ. n. & similiter uitulorum capriolorum salsa cõueniẽs est salsa uiridis. In ęstate qdẽ ex aceto & agresta cũ paucis speciebus: & sine alleis cũ petrosilino: zinzibere albo: & agresta: & pane asso in fuso in aceto uel agresta: in gyeme fit eadẽ salsa cũ pluribus spẽbus: & pauco alleo: & optimo uino: & pauca agresta: uel põt sufficere sinapiũ: & eruca. salsa autẽ p carnibus bouinis elixis est pip bullitũ: qđ fit ex pipere: & pane asso: & aq carniũ: & pauca agresta: & ista eadem salsa est satis conueniens carnibus porcinis in hyeme. Possunt ẽt carnes porcinę comedi in ęstate cũ aceto & petrosilino in principio refectiõis. Si aũt prędicte carnes pastillant: & spãliter bouinę & porcinę: in hyeme qdẽ apponat cepe albũ cũ puluere spẽrum dulci in parua q̃titate: in ęstate uero sine cepis: & cũ ueriuto: uel possunt apponi cepe parue: & in pauca q̃titate Si autẽ pastillatura sit ex carnibus subtilioribus nõ apponat cepe: sed in ęstate lac amigdalarũ cũ ueriuto & pauco puluere specierum dulcium: & in fine põt apponi ouũ

cõquassatũ cum agresta:sed in hyeme loco agreste ponit uinum & plus de spẽbus. Assature aũt cuniculo℞ & pullo℞ iuuenũ cõueniẽs est salsa in qua est cinamomum & mica panis cũ agresta qdẽ in ęstate: & cũ uino in hyeme. Assature ẽt porci salsa cõueniẽs est liquor descẽdẽs cõquassatus cũ optimo uino:& cepis ĩ hyeme:& in ęstate uiridis salsa supius noiata. Assature aũt fasiano℞ & colũba℞ & turturũ nulla alia salsa indigent nisi sale. Caponũ aũt & gallina℞ elixatoriũ cõueniẽs salsa est aq̃ decoctionis co℞ cum aliquãtulo pulueris speicie℞ dulcium:& p̃cipue si in p̃dicta de coctione addat saluia:ysopus:petrosilinum:& hoc in hyeme:& in ęstate sufficit sola aq̃ cum aliquãtulo sicci summitatũ uitis. Sed ꝑ salsa caponũ & gallina℞ pinguiũ pastillãdo℞ nihil penitus est apponẽdum nisi aliquã tulum pulueris specierũ & in fine agresta supradicta in ęstate optimum uinum in hyeme. Pisces uero quãto sunt grossioris carnis & difficilioris digestionis & maioris superfluitatis & humidioris naturę:tãto indigẽt salsis calidioribus & acutioribus:& hoc etiã uerum est in carnibus.

Si forte uis sanus ablue sępe manus.
Lotio post mensam tibi confert munera bina
Mundificat palmas & lumina reddit acuta

¶ In hoc textu ponunt duę com moditates ꝓue nientes ex lotiõe manuũ post cibũ sumptũ. Pria est: quia per hoc palmę manus mundant. Secunda est: quia reddit lumina acuta.i.prodest oculis & hoc maxime per accidẽs:qa manus sunt instru menta mundãdi oculos:quare multũ cõfert eas esse mundas. Et de istis cõmoditatibus dictum est etiam prius ibi. Lumina mane manus.

Panis non calidus nec sit nimis inueteratus
Sed fermentatus oculatus sit bene coctus
Modice salitus frugibus ualidis sit electus
Non comedas crustã colerã:quia gignit adustã
Panis salsatus fermentatus bene coctus
Purus sit sanus:quæ non ita sit tibi uanus

¶ In hoc textu ponunt duo uitã da circa lectionẽ panis. Primũ est caliditas. Nõ.n. debet panis co medi calidus. Pa nis.n.calidus est humanæ naturæ nociuus. Iuxta il lud Aui.ii.ca.c.de pane:dicẽtis. Nõ comedat calidus sicut est. Panis.n. calidus nõ est apud naturã receptabilis & acceptio eius q est de furno & reliquo℞ sibi similiũ est mala. Et rõ est:qa talis panis multũ opilat. Et po stea ite℞ dicit Aui. Panis calidus sitim facit sua caliditate & natat pp suã humiditatẽ uaporosã:& est uelocis:digestiõis & tarde discẽsiõis. Et q̃uis

iste panis calidus nõ conueniat in regimine sanitatis quo ad esum: odor tñ panis calidi multũ cõfert: resuscitat.n. sincopizãtẽ: & possibile est aliquos hoies uiuere ex odore pãis calidi. Secũdũ est ꝙ nõ debemus comedere panẽ diupistũ siue muscidũ: qa talis panis nõ est cõueniens ꝑ nutrimẽto naturę humanę: exsiccat.n. corp⁹ ac humores melãcolicos gñat: & ex isto relinquit̃ ꝙ panis nõ debet esse calidus: nec uetustate indurat⁹: sed priori die coctus: postea ĩ textu ponunt̃ qnqꝫ cõditiões panis electi. Quaꝝ pria est ꝙ pãis debet esse fermẽtat⁹ bñ. Et istud uult Gal.i. alimẽ.c.ii. dicẽs. Optimi ãt panũ ꝑ digestõe sũt q maxie fermẽtati & q assationẽ habuerũt a cõmẽsurato igne in clibano. Et iteꝝ eo.c. dicit: q uero penitus ĩfermẽtatus est: nulli utilis est. Et ẜm Aui.ii.can.c. de pane. Panis hñs paꝝ fermẽti plurimi ẽ nutrimẽti: sed eius nutrimẽtũ opilat nisi illos q sunt plurimi exercitii. Secũda ẽ qđ panis debet eẽ oculat⁹.i. porosus: & p hoc denotat qđ uiscositas eius ẽ ablata. Veꝝ est tñ qđ iste panis ẜm Aui. loco p̃al. uelocis ẽ penetratiõis & minoris nutrimẽti & deterioris: sicut est panis opitus q est plurimi furfuris. Tertia est qđ pãis debet esse bñ coctus: qa panis male coctus male digestiõis est: & stomacho grauedinẽ affert. Et Aui.ii.can.loco p̃al. dicit. Et ille q nõ bñ decoq̃t est plurimi nutrimẽti. sed ẽt nutrimentũ opilat nisi illos q sunt plurimi exercitii. Et panis de patella est huius gñis: eius nãqꝫ ps interior raro decoq̃t bñ. Quarta est qđ panis debet eẽ tpate salitus. Nimiũ.n. dulcis opilat & nimiũ salsus exsiccat: moderate tñ salsus optimũ nutrimẽtũ p̃bet: dũ tñ cetere cõditiões assint. Quinta est: qđ sit factus ex optimis granis uidelicet ex optimo tritico & sana messe collecto. Deĩde subdit tex. quod nos debemus cauere ab esu cruste panis: qa illa generat colerã adustã siue humorẽ melancolicũ: ex quo.n. ipsa adusta & sicca & humor ab ea genitus adustus erit & siccus & ꝓpterea nobiles qa natura colerici sunt deponeñ faciunt supiorẽ crustã panis: ac inferiorẽ: quos imitant̃ p̃lati & delitiosi. Eligat̃ igit̃ mica panis q̃ est melioris maioris & uelocioris nutrimenti q̃ crusta. Veꝝ est tñ ꝙ aliqñ ꝯuenit sanis hñtibus stomachũ humidũ & uolẽtibus demacerari: & in fine comestiõis plus cõpetit. Iuuat.n. cibi descẽsum: & cõfortat orificiũ stomachi. Postea in duobus ultimis uersibus innuit̃: qđ panis bon⁹ debet habere istas qnqꝫ cõditiões.s. ꝙ sit salitus: fermẽtatus: bñ coctus: purus.i. de mundis granis & sanus.i. de granis sana messe collectis. Et istas cõditiones partim ĩnuit Auic. loco preal. dicens Oportet ut sit panis mundus salitus massam hñs cõfectã fermẽtatus coctus bene: & una nocte ꝑmanẽs. Et circa istud est sciendũ ꝙ si quęratur nutritio maior & prior mundificet̃ panis a furfure: & si uelimus uentris subductionem aliqualem dimittamus aliquam partem furfuris: furfur enim parum nutrit: & uentrem subducit & farina econuerso.

In hoc textu cõparat autor carnẽ porcinã carni ouinę dicens ꝙ caro porcĩa sine uino min⁹ sana est oui na:tñ si caro porcina sumat cũ uino ipsa ẽ optimũ nutrimẽtũ & medicinã ꝑbẽs:qa multũ humectat:& hoc intelligendũ est maxime de porcellis assis siue de apris optie ꝑparatis. Et circa istud est sciẽdũ ꝙ carnes porcinę:qbus rustici & cões utunt qñ uidelicet sũt salsę:uel sole:uel fumo exsiccate:nullo mõ saniores sunt carnibus ouinis:cęteris paribus:siue cũ uino:siue sine uino sumant. Sed istud dictũ ueritatẽ habet đ carnibus porcellorũ assatorũ:uel de carnib⁹ aprinis mõ ꝑdicto.

Est caro porcina:sine uino peior ouina.
Si tribus uina:tunc est cibus medicina.

In hoc textu cõparant omasa porcorũ omasis reliquorũ brutorum:& dicit tex. ꝙ omasa porcorũ.i.intestina ꝑualent quo ad esum intestinis aliorũ brutorũ. Cuius rõ põt esse ista:qa pauca ĩtestina comedim⁹:nisi illa q̃ replent sanguĩe uel q̃ aialiũ multũ sunt piguiũ cuiusmodi sunt porci. Nã solus sanguis porci ꝓpter suã cõplexionẽ & similitudinẽ cõplexionis cũ natura humana est sanguis quo omasa siue intestina implent. Et similiter porci facilius impinguantur q̃ aliquod aliorum brutorum:ideo magis sumimus intestina porci q̃ aliorum brurorum.

Ilia porcorũ bona sunt:mala sunt reliquorũ.

Hic ponũt.v. nocumẽta ꝓuenientia ex potatiõe noui uini uel musti. Primum ẽ ꝙ mustũ impedit urinã:& hoc põt intelligi dupliciter. Primo qa mustum grossum ꝓpter suã grossitudinem ex fece admixta opilat ipm epar siue ipos renes sic ꝙ urina de facili nõ põt hr̃e suũ cursum. Secundo impedit urinã quo ad debitũ mõ sicut facit mustũ renẽse aliquod:& q̃dã alia uina subtilia:similiter est qa aliqđ mustũ renẽse cuius feces sunt mordicãtes:& dũ ipm uenit in uesicã ille ptes terrestres nitrose mordicãt uesicã & cogunt urinare sine ordine debito & mõ cõsueto. Secundũ est ꝙ soluit uentrẽ. Et rõ est:qa abstergit uiscera nitrositate siue salsedine suę fecis:& stimulat ea ad expulsionẽ. Primo ꝑꝑ mordicationẽ fecis. Secũdo ꝑꝑ multitudinẽ uẽtositatis q̃ inducit tale uinũ siue mustũ. Tertio lubricãdo cito inferius ꝑ uiã indigestibilitatis & grauaminis stomachi:q̃re stomachus se relaxat. & portas nariũ cõpressas apit. Tertiũ est ꝙ mustũ nocet bonę

Impedit urinam mustũ soluit cito uentrem
Epatis emfraxim:splenis generat lapidemq̃

cõplexioni epatis: qa opilat ip̄m ꝓpter imixtionē plurimā suę fecis: & ꝓducit ad dissenteriā epaticā pp inflationē eius q̄ debilitat epar. Et istud uult Aui. iii. in. c. de regimine aq̄ & uini. Et sic ēt inducit catheciam: siue malā dispositionē coloris & malas īducit ęgritudines epatis. s. diuersas & spēs ydropisis. Quartū est ꝙ mustū nocet spleni & dispositiōi eius: pp eādē cām q̄ dicta est de epate: qa opilat splenē: & sic inducit duritiē eius. Quintū est ꝙ mustū generat lapidē & maxime illū q in renibus est: q rubeus est: de facili frāgibilis cā opilatiōis quā facit & grossitudine suæ substantiæ. Et istud uerū est de musto uinoqꝫ multū dulciū nō hn̄tes feces nitrosas & mordicātes. Mustum enim habens feces uitiosas & mordicantes magis īpedit lapidē: qa multū facit urinare sicut mustū aliqđ renēse facit appere arenulas in urina siue grauelā: qa facit mulū turinare. Multa. n. urina sua lotione abstergit arenulas adherētes q̄ cum ea expellunť.

Potus aquę sumptus fit edenti ualde nociuus
Infrigidat: stomachūqꝫ cibū nitiť fore crudū.

¶ Hic ponuntur duo nocumenta ꝯuenientia ex potu aq̄: & hoc quo ad edētē. Primū est qđ potus aq̄ nocet stomacho edētis. Cuius rō est: qa ip̄m infrigidat & relaxat & maxime deiicit appetitū cibi. Secundū est qđ potus aq̄ cum sumiť cibus īpedit digestionē cū cibū sūptū incrudet. Et istud uult Aui. in. i. c. de regimine eius qđ comediť: dicēs. Neqꝫ post ip̄m. s. cibū multa bibēda est aq̄ q̄ inter ip̄m. s. cibū & corpus stomachi sepatione faciat: & ip̄m natare faciat. Et. c. de regimine aq̄ & uini dicit. Et cū natura indigerēdo nutriēs studeat sacietate aq̄ iam p̄cedēte sufficiēter. i. si p̄cesserit sacietas aq̄ sufficiens ad bonā cibi ꝑmixtionē: aq̄ uehemēter est īpediens supple digestionē inchoatā. Et idē uult Aui. ii. ca. tra. i. c. iiii. dicēs. Est ēt uitandus potus aq̄ in mensa nisi rōne adherentię & tarditatis discensus bucelle. Nō est. n. sumēda aq̄ cū cibo. Et Auer. in cō. ait. Cā qdem huius est qm̄ cū sumiť aq̄ super cibū priusq̄ stomachus calefacerit ip̄m infrigidat & incrudat. Est etiā cā quare supnatet cibus sūptus in stomacho: q̄re etiā nō adhereat: & uniať eidē ꝙ cōterat ip̄m sicut exigiť. Actio nāqꝫ stomachi super sumptū cibū fit cōterēdo & coquēdo simul. Vnde sicut cū infundiť simul & in magna q̄titate aq̄ iu olla ꝓpter qđ tardať cibi decoctio in eadē: sic ēt cōtingit idē ipsi stomacho. Et istud maxīe uerificať de potu multę aq̄. Modica. n. q̄titas aq̄ frigidę sugēdo sumpta pōt concedi an̄ descensum cibi: ut ꝑ eā cōpleať cibi discēsus ad iferiora: & hoc si sitis infestauerit: & bibere coegerit. Nā modica q̄titas aq̄ frigide p̄dicto mō sūpta stomachū alleuiat & colligit. alleuiat qdē a siti. alleuiat ēt coopando ad descēsum cibi. Colligit āt sua frigiditate coadunās ꝑtes stomachi.

Et istud colligit ab Aui. locis p̃ al. Notãdũ q̃ quis in sitis extinctiõe aq̃ sit cõueniẽtior potus q̃ uinũ tamẽ oĩbus cõsideratis uinũ est potus cõueniẽ tior in regimine sanitatis q̃ aqua. nã dato q̃ in sitis repressiõe q̃ est appe titus frigidi & humidi: aqua uniuersaliter melior sit: q̃a frigida & humi da: naturaliter tñ in cibi p̃mixtiõe & eiusdẽ delatiõe siue missiõe ad p̃tes corp̃is extremas uinũ p̃ualet aq̃. nã uinũ rõne suę subtilitatis in substãtia & actione subtilius p̃miscet: & spãliter: q̃a natura magis in eo delectat: iõ citi⁹ attrahit ip̃m: & aliis cibis p̃miscet: & spãliter: q̃a hęc mixtio fit p̃ uiã cuiusdã ebulitiõis: q̃ uinũ magis iuuat rõne uirtualis caliditatis: & aq̃ im pedit rõne frigiditatis. Et sic patet q̃ uinũ p̃ualet aq̃ ĩ ciboꝝ p̃mixtionẽ. Et similiter p̃ualet in eorũdẽ delatõe. nã uinũ est optimus penetrator: q̃ ei debet rõne subtilitatis suę substãtiæ: & rõne caliditatis uirtualis: subti lia. n. & calida multũ sunt penetratiua: & p̃ cõsequẽs uinũ est magis dela tiuũ q̃ aqua: in aqua nihil est uirtualiter calidũ: nec substantię aereitatis: nec igneitatis. unde aq̃ mora trãseundo ĩpedit oẽm cursum. amplius aq̃ ex alio nõ est potus: ita cõueniẽs sicut uinũ: q̃a aqua ĩpedit alimẽtũ nutri re eo q̃d nõ nutrit: q̃re illud utiq̃ minus nutrit. uñ quãto cibus est magis aquaticus tanto est minus nutritiuus. bonũ est igit q̃d uinũ p̃misceat cũ cibo q̃d solũ non ĩpedit nutritionẽ: ĩmo multũ iuuat: q̃a uinũ est maxĩe nutritiuũ: & maxĩe restauratiuũ & uelocissime nutrit: ut prius dictũ est. Notandũ insup̃ q̃d nõ solũ nociuus est potus aq̃ edẽti siue sumẽti cibũ: ĩmmo ĩ pluribus aliis casibus nociuus est. quos narrat Aui. in. i. c. de re gimine aq̃ & uini. Primo. n. ĩcõueniẽs est in hoĩe ieiuno. tũc. n. bibere pe netrat aqua bibita nullo retinaculo ĩpedita usq̃ ad intima mẽbroꝝ prin cipaliũ mortificãs suũ calorẽ ĩnatũ. Et istud est ueꝝ de hoĩe uere ieiuno. Ebrio. n. q̃nq̃ p̃ficit neq̃ ledit ipse si ieiunus bibat aq̃: q̃a ieiunus ebrius nõ est oĩno ieiunus nec est in stomacho uacuus: sed adhuc habet reliq̃as aliquas hesternę crapulę: quaꝝ nitrositas aqua mitigat & stomachus ab his p̃ aq̃ abluit: & repressis uaporibus & fumis p̃parat stomachus ad re ceptionẽ noui nutriẽtis. Secũdo incoueniens est in hoĩe exercitato forti exercitio: & silr statim post coitũ. nã tũc pori corp̃is sunt multũ apti: q̃re penetrat aqua in p̃funda mẽbrorũ mordificans calorẽ innatũ: qui post coitũ etiã debilitatus est. Tertio incoueniens est post balneationẽ maxĩe cum fit hęc balneatio uentre uacuo. tunc. n. uię sunt uehementer apte: quare ledẽs penetrat aque ut dictũ est. De isto potu aq̃ dicit Aui. in. iiii. sum. ii. c. ulti. Ex potu illius in ieiunio: & post balneũ: & post coitũ timet corruptio complexionis & ydropisis. Quarto incoueniens est bibere aq̃ frigidã causa obediendi siti nocturnę mẽdosę: que accidit incrapulatis & ebriis. nam p̃ potũ aque frigidę p̃hibent resolutio & digestio humo ris salsi uel fortis uini: uel alterius acuti faciẽtis sitim: & sic cito post potũ

reuertitꝰ sitis: ita fortis ut ante. Sed si uehemens affuerit sitis nimiũ uexãs & inquietans: nec sufficiat aeris inspirati frigiditas: nec ablutio oris cũ aqua frigida: bibat sitibũdus aquam frigidã cum uasę stricti orifici: siue gracilis rostri: quatenus aqua prolixius detur sup orificium stomachi ut fortius sitim mitiget: & de ea minus sumatur ne digerendorũ digestionem penitus impediat. Quinto generaliter malum est sanis bibere multam aquã frigidã: qa extinguit calorem ĩnatum: & pectus offendit & stomachi appetitum deiicit: & mẽbris oĩbus neruosis obest. Verũ est tamẽ ꝙ aqua tpate frigida aliquãdo p accidens appetitũ excitat: & stomachũ fortem efficit coadunando ipsum & stringendo uillos eius.

Sunt nutritiue multũ: carnes uitulinę.

¶ In hoc passu autor laudat carnes uitulinas dicẽs quod carnes uitulinę multũ sunt nutritiue. Et istud ĩnuit Aui. in. i. c. de regimine eius qd' comeditꝰ. ubi uult qd' cibus sanitatis cõseruatiuus debet esse tales q̃les sunt carnes: qa sunt similis naturę prius apte fieri sanguis; & maxime carnes edorum & uitulorꝫ paruorꝫ lanctantium & agnorum annalium. Et istas carnes uitulinas sũme laudat Gal. iii. alimen. ubi uult qd' carnes uituli lactantis sex ebdomadarum uel octo assate saniores sunt multo nimis: facilis enim digestionis & multum nutritiue sunt. Et de istis carnibus uitulinis etiam prius dictum est.

Sũt bõa gallina|& capo turtur sturna colũba
Quistu|a uel merula phasianus ethigoneta.
Perdix frigellus orix tremulus amarellus

¶ In hoc passu ponuntur carnes eligibiliores pro nutrimentum naturę humanę animaliũ uolatiliũ: & enumerantur. xiiii. Aues quarum carnes bonæ sunt pro nutrimento hominis. Pría auis est gallina: cuius esus siue comestio naturę humanæ conueniens est. Haly. enim. Auenzoar: Auer. & Me. ut dicit Consi. præ cęteris laudant pullorum carnes & maxime que nondum peperit & galli qui nondum calcauit. Sunt enim facilis conuersionis in sanguinem: & superfluitatum paucarum; proprietatem mirabilem habentes in temperando complexionem & humores: cuius brodium optima leprosis est medecina. Et de carne gallinarum dicit Auic. ii. can. c. de gallinis & gallo: quod caro gallinarũ que sunt pulle intellectu augmentum efficit: clarificat uocem & augmentat sperma. Et melior gallina secundũ eum ibi est: que nondum parit oua. Secunda auis est capo siue gallus castratus: cuius carnes ponit Cõsi. differẽtia. lxviii. inter laudibiliores carnes.

Et carnes istas & similiter priores digerit stomach⁹ a ꝓprietate. Tertia auis est turtur q̄ est boni nutrimēti: & bonū generās humorē: cui⁹ carne Aui.ii.can.c.de carne: summe laudat dicēs. Volucris qdē caro melior nō est q̄ alduragi.i.turturus & gallinaꝝ & subtilior eaꝝ & nō sunt cū nutrimēto carniū alcubegi.i.ꝑdicū &c. Quarta auis ꝓm aliquos ē sturn⁹: & ista auis debet comedi in iuuētute: & est auis nota teutonice eynspree. ꝓm alios est starna: quā Ra.iii.Almā.ꝑcęteris uolatilibus laudat dicēs: starne caro oī carne auiū leuior inuenit atq; his q subtili uolunt custodiri regimine cōueniētior. Et pōt p starnā intelligi auis magna uelut anser grisea cinerea: cuius carolaudabilis est maxime cū iuuenis fuerit: & isto mō intelligit Ali.ꝑferēs istā carnē aliis. Vel pōt p starnā intelligi maneries perdicis paruę q̄ Moyses uī intelligere iudeis īqens: similiter starne nō uident ꝓ dn̄o nr̄o: qa uentrē constringunt. Et istā ꝓprietatē alii attribuunt perdicibus: carnes.n.ipsarum uentrē constringunt teste. Ra.iii. Almā. Quinta auis est columba: q̄ est auis nota: cuius caro est colerica. Et de columbis dicit Ra. loco pal. Colūbe uehemētis sunt caliditatis q̄ sanguinē inflāmatū generāt: & cito febricitare faciūt. Et ergo aptius colūbe comedi debēt in pastillis cū uuis acerbis q̄ assari. Per uuas.n.acerbas auferē caliditas q̄ sanguini inducūt. Et electiores colūbe ꝓ esu sunt colūbe iuuenes uolare potētes: qa tales sunt leuioris digestiōis & melioris humoris. Pulli.n.nō uolare potētes caliditatē & humiditatē hn̄t supfluas: q̄re grossos generant humores ut uult Aui.ii.can.c.de columbis. Antiq̄ uero columbe & eaꝝ caro ꝓpter caliditatē nimiā & siccitatē & digestiōis difficultatē sūt euitāde. Et similiter ēt turtures antiq̄. Sexta auis est qstula q̄ ab aliqbus noiaē coturnix: qa qstula ē nomē onomatopeiō.s. fictū a suo sono. Et caro ista ꝓm aliquos est subtilis substātię: bonū gn̄ans humorē & multū cōpetit sanis cōualescētibus. Secundū ysaac tn̄ coturnices cęteris uolatilibus sunt peiores nec nutrimēto: nec digestiōi laudabiles: qa ex comestiōe carnis eaꝝ timeē spasmus & tethanus: put ēt uult Auic.ii.can.c.de eis.subiungens rōne.s.qa in substātia carnium earum est uirtus faciēdi hmōi accidētia narrata & sic n̄ ꝓueniūt illa accidētia ex eo solo: qa coturnices comedunt elleboꝝ. Et hinc est quod gallici comedunt coturnices cum molli & pingui caseo: & īde faciunt pastilla. Pōt tn̄ per corturnicē intelligi alia auis a ꝑdicta perdice maior.eiusdē fere coloris cum rubeis pedibus & rostro saporis delectabilis.dicta coturnis ytalica lingua. Et isto mō Ra.iii.Alman.accipit coturnicē qn̄ ꝑfert carnes eius post carnes starne alioꝝ uolatilium carnibus. Septima auis est merula: q̄ est eiusdē q̄titatis cum sturno: sed est ad nigredinē tendēs: & hn̄s rostrū subrubeū & sīr debet comedi iuuenis. Octaua auis est phasianus .i.gallus siluestris: q̄ ab oibus medicis enumeraē inter aues laudabilis.

carnis.

carnis. Caro. n. talis auis naturę humanę est cõuenietissima, & est cibus principũ & magnatũ. Cõsiliator. n. loco p̃al. dicit. siluestriũ uero laudabiliores sunt phasiani ad sanitatẽ & ad robur. Et fortassis etiã uniuersal'r domestici cũ gallinis ꝓpinquissimi & eiusdẽ fere speciei: sintq; illis siccioris aeris & alimẽti ac exercitii amplioris. Nona auis est ethigoneta: q̃ est auis parua ad modũ ꝑdicis: sed lõgũ rostrũ hñs: cuius caro est optima. Decima est ꝑdix cuius caro ẽm Aui. ii. can. c. de cubegi est de subtilioribus carnibus impinguãs: qa multũ nutrit: cor abstergẽs ydropisi & stomacho cõferens: & augmentũ in coitu faciens: uerꝫ est tamẽ qđ stringit uentrẽ. Et istã carnẽ Gal. iii. ali. c. x. Et octauo de ingenio. c. ii. p̃fert oib⁹ aliis uolatiliũ carnibus. Et dr̃ de ista carne qđ si assidue comedat̃ maxĩe cõfert memorię. Vndecima est frigellus & est auis comedens racemos: uelociter uolans: similis sturno: sed melioris nutrimenti quã sturnus: & multe tales inueniunt̃ ubi sunt uineę: & inebriant̃ ex esu racemoꝝ: & melior est caro earũ circa festũ oium sanctorũ. Duodecima est orix. Et est ẽm aliquos gallina siluestris siue gallina phasiani. Vel ẽm alios ẽ gallina aquatica. i. natans in aqua: & siue sit fęmina phasiani siue gallina aq̃tica: eius caro est boni nutrimẽti. Decimatertia est tremulus & ẽ auis cõiter stans ꝓpe mare minor q̃ gallina: sed est auis fusca alte clamãs: & uelocissime uolat: & qñ ambulat sup terrã cauda eius sp tremit: & iõ dr̃ tremulus: & habet sup caput eius lõgas plumas. Et nõ ẽ parua auis: longã hñs caudam: q̃ a medicis uocat̃ cauda tremula. Vltima auis est amarellus: & etiã est auis similiter existẽs in aqs: similis anete: sed ea minor. Et generaliter loquẽdo inter aues comestibiles plus laudant̃ ille q̃ uolatu uelociores sunt. Et sicut carnes p̃dictarũ auiũ sunt laudabilis nutrimenti: & facilis digestiõis: ita ẽt repiunt̃ carnes aliquarũ auiũ illaudabilis nutrimẽti: difficilis digestiõis: & inequalis cõplexiõis. sicut sunt carnes anseꝝ & pauonũ & malardoꝝ: & uniuersaliter auiũ habentiũ collũ lõgũ & rostrũ lõgũ degentiũ in aqs: & carnes passeꝝ q̃ sunt calidissime: & a ꝑpamẽto longissime: & multũ excitantes coitũ. Circa electionẽ uero carnis uolatiliũ sciendũ est: qđ ẽm diuersas laudabilioris nutrimenti ꝓprietates ac eius qđ nutrit̃ sanitatis uel roboris intentionẽ: carnes laudant̃ uarie. Vnde Gal. respiciens facilẽ alterationẽ & subtilitatẽ in carnibus ꝑdicum p̃fert easdem. Ra. uero cũ ysaac respiciẽs subtilitatẽ starne ac leuitatẽ ipam cęteris p̃tulit. Isaac etiã ẽm diuersas intẽtiões carnes uolatiliũ laudauit diuersas. Aui. uero laudauit carnes turturũ p̃ceteris: uel qa respexit ad ꝓprietatẽ qua roborant & cõfortãt intellectũ: uel qa in terris eius est ipaꝝ tanta bonitas q̃ nõ est in aliis terris: sciendũ est insup qđ carnes uolatiliũ plus conueniunt quã carnes quadrupedũ his q relicto exercitio corp̃ali uocãt cõsiliis studiis & cõtẽplatiõibus: qa digerunt̃ facilius aliis: iuxtam

illud Gal.iii.alimen.Digestibilior est tamen hęc caro uolatilium anima lium & maxime perdicium:& generant sanguinem clarum:mundum: spumosum:mentis exercitiis & eleuationi intellectis aptum.

Si pisces molles sunt:magno corpore tolle
Si pisci duri:parui sunt plus ualituri

¶Hic ponūť.ii. accidētia ex quorum noticia attēdiť electio pisciū. Vnde pisces aut sunt duri aut molles.si molles sūt tūc seniores sunt eligibiliores. Cuius cā est ista qa mollicies puēit ex humiditate q̄ in iuuene pisces īdigesta ē: & i sene plus digesta:& sic in iuuētute tales pisces sunt gñatiui fleumatū: sed senes min⁹:& sic patet ꝙ anguilla senior sanior ē iuuene:fm quosdā. Si uero tales pisces sunt duri:tūc iuuenes sūt saniores.i.digestibiliores: cuiusmodi sunt lucii & parce:duricies.n.inquātū huius resistit digestioni:& istā sniam ponit Aui.ii.can.c.de piscibus dicens.Et eligitur quidē ex piscibus duram carnem habentibus ille qui est minor : & ex habentibus mollem carnem ille qui est maior ad terminum aliquem.

Lucius & parca saxaulis & albica tenca.
Sornus plagicia cum carpagalbio truca.

¶Hic tangūť.x. pisces eligibiles pro nutrimento naturæ humanæ: quoꝝ.Primus est lucius : q ē piscis notus.& dř eē tyrānus pisciū:qa nō solū deuorat pisces alterius speciei:sed ēt eiusdē speciei cū eo:unde uersus. Lucius est piscis rex & tyrānus aquaꝝ.A quo nō differt lucius iste parū.Est ēt piscis dure carnis & natatu uelox.Secūdus ē parca:a parco parcis:ere:dicta p contrariū:qa nulli pisci parcit : imo irata uulnerat alios pisces suis squamis quas habet supra dorsum:nec eam audet euadere lucius:imo ut narrat. Albertus de naturis aīaliū:ē naturalis amicitia parce & lucii. Lucius.n. lesus ab alio difficulter sanať:sed lesus q̄rit parcā q̄ uidēs eū lesum tangit & lenit uulnus lucii:sic lucius sanať:& est parca similiter piscis dure carnis notus:teutonice eynbaers.Terti⁹piscis ē saxaulis uel saxaulus piscis marinus:apud gallicos dictus sola.Alii dicūt qđ est piscis teutonice eyn tunghe:& est piscis multū sanus inter pisces marinos.Quartus est albica:teutonice & uitine:& est piscis marinus:Quintus est tenca q̄ ē dulcis piscis aque notus : pellē hñs lubricā atꝗ uiscosam ad nigredinē tendēs: sed eius caro est dura.unde ab istis tribus piscibus qui sunt lucius parca & tenca:post eorum coctionē auferť pellis.Et diciť iste piscis:teutonice eyntinche.Sextus est sornus: & est piscis minimus marinus albus ad q̄titatē medię partis medii digiti quo ad longitudinē:q comediť cū capite

& spinis: & dr̄ teutonice eyngaernaert. Septimus est plagicia: & ē piscis marinus notus. latus hn̄s in una pte suę pellis maculas rubeas: & pellis est tota alba curuū os hn̄s. teutonice eynblatyscol. Octauus est carpa q̄ est piscis dulcis aq̄ notus, multū tn̄ de se est uiscosus. sed a magnatib9 decoquit̄ in uino, & sic ab eo tollit̄ eius uiscositas. Nonus galbio: & ē piscis marinus notus a quibusdā dictus rogetus: teutonice eynrotbarth: & est piscis dure carnis & sanus. Alii textus hn̄t gouio: & est piscis paruus dulcis aque ad longitudinē unius digiti longi: & est rotūdus & suauissimus: gallice gouion. Vltimus est truta q̄ est in carne similis salmoni: nec tn̄ est salmo & est lōgus & non grossus. Et capit̄ in magnis fluuiis: & permittit se fricare in aqua: & sic capit̄: & ex eo fiunt pastilla cū spēbus: & est piscis ualde p̄ciosus: gallice trutes. Circa electionē uero pisciū sciendū est prio ꝙ pisces respectu carniū: cęteris pibus minoris sunt nutrimēti: & facilis digestiōis: & nutrimētū eoꝝ est pluriū supfluitatū: & fleumaticū & frigidū & humidū: & minus mansiuū: & sunt ad digerendū duri: & longā faciunt morā in stomacho. Et qa in eoꝝ digestiōe laborat stomachus: & interdū corrūpunt̄ in stomacho: & q̄litatē quandā suscipiūt putredinalē: sitim generāt. Et ut sit ad unū dicere: carniū laudabiliū nutrimentū melius est nutrimēto pisciū. Secūdo sciendū est ꝙ pisces marini sunt meliores in regimine sanitatis cęteris paribus: piscibus aq̄ dulcis: eoꝝ. n. nutrimentū est minus supfluū & naturę carniū magis ꝓpinquū. Sed qa cęteris paribus: pisces marini sunt durioris carnis piscibus aq̄ dulcis: ideo sunt difficilioris digestiōis & resolutōis: & pluris nutrimenti & purioris. Verū est tamē ꝙ in ęgris magis cōferunt pisces aq̄ dulcis: ꝑp debilitatē digestiue eoꝝ. Tertio sciendū est ꝙ in piscibus tā marinis quā aq̄ dulcis eligēdi sunt: quoꝝ caro est alba nō uiscosa: sed fragilis: nō multū grossa: sed subtilis: nō grauis odoris: sed suauis: nec cito putrefactiōis: sed sufficientis durationis: nō mali coloris sed boni & quoꝝ habitatio non est in lacubus stagnis: nec in locis sordidis: nec in aquis habētibus malas herbas. Et eligendi sunt non ualde iuuenes: nec ualde magni: & qui sunt ue locis motus & pauce uiscositatis. Et si sint pisces marini eligendi sunt q capti fuerunt in fluminibus multū distantibus a mari: & hoc cęteris conditionibus bonis suppositis. Item suppositis p̄dictis cōditionibus q̄to pisces sunt squamosiores: tanto sunt meliores. Et similiter intelligit̄ de spinis: quia spinę multę & squame seruāt puritatem substantię piscis. Item inter pisces marinos meliores & puriores sunt qui capti & nutriti sunt in mari ꝓfundiori: & magis agitato: ad qd̄ est cursus plurium fluuiorum. Et ergo capti in mari septemtrionali quod magis est agitatum: & magis tempestuosum & uelocioris fluxus & īfluxus meliores sunt captis in mari mortuo uel meridionali. Et similiter ītelligēdū est de piscibus dul

cis aq̄.nā cęteris paribus q̄to aq̄ est ꝓfundior & mobilior tāto piscis ī ea nutritus est melior. Et de his sufficienter eligi pōt q pisces sunt uitupabi les:& q laudabiles sunt.pisces.n.bestiales sicut porcus canis marinus: delphin:morona nō multū cōpetunt in sanitatis regimine. Sunt.n.diffi cilis digestiōis:& grossi humoris:& multę supfluitatis : nec in carnibus ꝑdictoꝝ pisciū apparent cōditiones supius numerate:puta:albedo sub tilitas &c.Et si hos pisces & cōsimiles comedi cōtingat nō statim sunt co quēdi & comedēdi postq̄ capti sunt:sed obseruādi sunt per aliquos dies quousq̄ eoꝝ carnes mollescāt & tremiscāt sine substātię corruptione. Et etiā ꝑdicti pisces meliores sunt semisalsi q̄ recentes aut ꝑfectę salsi. Inter alios aūt pisces marinos cōsideratis cōditionibus supradictis laudabilio res uident rogetus & gornatus siue gornus. Nā eoꝝ caro & substātia est purissima. Et post hoc plagicia & sola. sed horū caro est magis uiscosa & nimis frāgibilis & minus alba & magis grossa & minus subtilis:nec hoꝝ sapor aut odor est ita delectabilis:& forte piscis merlēgendus est lauda bilior post rogetū. Nō est.n.tante grossiciei & uiscositatis sicut plagitia & sola:& eius substātia est satis frāgibilis:sed cōsideratis sapore & odore cū colore & substātię puritate & mollitate deficit in bonitate a rogeto & gornato:& similiter intelligat de allece. Et morua iuuenis satis appro pinguat ꝑdictis in bonitate ꝯsideratis ꝑdictis cōditiōib⁹:est tn̄ grossior & uiscosior ꝑdictis piscibus. salmones aūt & turboti & maquerelli mul tū deficiunt in bonitate. sunt.n.multū grossiores & uiscosiores & ad di gerēdū difficiliores & magis supfluitate pleni. unde cōpetūt nisi exerci tātibus fortibus iuuenibus cum qbusdā salsis eoꝝ uiscositati grossiciei & frigiditati repugnātib⁹. Inter pisces aūt dulcis aq̄ cōsideratis ꝑdictis cō ditōibus:parca & lucius mediocris:primū gradū bonitatis obtinēt sup posito ꝙ sint pingues:deinde uendosia:& deinde lopia:& q̄uis carpa sit squamosior ꝑdictis tn̄ nō habet carnē adeo albā & frāgibilē & subtilē si cut lucius & parca:& sępius repit in stagnis:& uniuersaliter cęteris pari bus meliores sunt pisces dulcis aque q capiunt in aqua petrosa currēte uersus septētrionē ꝓfunda:multe agitatōis:ad quā nō cōfluūt sordicies ciuitatū:in qua ēt nō sunt herbe male. Cācri aūt fluuiales & marini mul ti sunt nutrimēti:& nō facile ī stomacho corrūpunt : uerū sunt difficilis digestiōis. Sciendū est insup qđ pisces recētes corpus humectāt:& lac & sperma multiplicāt & multū cōpetunt colericis:& non sunt comedendi pisces post forte exercitiū uel fortē laborē:qa tunc de facili in stomacho corrumpunt:& caueant ab usu pisciū habētes stomachū debilē uel ma lis humorib⁹ plenū. Amplius sciēdū qđ pisces grossi semisalsi meliores sunt q̄ recētes pisces:& saliti multi tpis nō sunt boni. Itē nō sunt comedē di pisces & carnes simul:nec pisces & lacticinia:nec sūt comedēdi pisces

post alios cibos, Itē pisces laudabiles parꝝ salliti: & in pauca q̄titate sumpti reuocāt appetitū: & ip̄m corroborāt si qs habuerit appetitū ad eos.

Vocibus anguillę prauę sunt si comedanť.
Qui physicam non ignorant hęc testificanť.
Caseus anguilla nimis obsunt si comedantur
Ni tu sępe bibas & rebibendo bibas

